Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Hoc in uolumine aurea haec opuscula continentur. : Chirii co[n]sulti Fortunatia[n]i Rhetoricorum libri tres ; Dialectica Chirii consulti Fortunatiani ; Computus fortunatiani. Fra[n]cisci Puteolani Epistola ad Iacobum Antiquariu[m]. Dionysii Halycarnasei praecepta de oratione nuptiali per Theodorum garzen é graeco in latinu[m] traducta ; Dionysii Halycarnasei p[rae]cepta de oratione natalitia p[er] Theodorum gazen é graeco in latinum traducta ; Dionysii Halycarnasei p[rae]cepta de co[m]ponendis epithalamiis per Theodorum gazen é graeco traducta. Oratio nuptialis.

https://hdl.handle.net/20.500.14918/461852

¶ Hoc in uolumine aurea hæc opuſcula centinentur.

¶ Chirii cōſulti Fortunatiāi Rhetoricorum libri tres.

¶ Dialectica Chirii conſulti Fortunatiani

¶ Computus fortunatiani

¶ Frãciſci Puteolani Epiſtola ad Iacobum Antiquariū

¶ Dionyſii Halycarnaſei præcepta de oratione nuptiali per Theodorum garzen ē græco in latinū traducta.

¶ Dionyſii Halycarnaſei p̄cepta de oratione natalitia p Theodorum gazen ē græco in latinum traducta.

¶ Dionyſii Halycarnaſei p̄cepta de cōponendis epithalamiis per Theodorum garzen ē græco traducta

¶ Oratio nuptialis.

¶ Chiriū Conſultū Fortunatianū: qui tribus uoluminibus de arte rethorica ſubtiliter: minuteq; tractauit: in pugillari codice apte forſitā congruēterq; redegimus: ut & faſtidium lectori tollat: & quæ ſunt neceſſaria cōpetēter inſinuet: Hunc legat qui breuitatis amator eſt. Nam cum opus ſuum in multos non tetenderit: pluria tamē acutiſſima ratiocinatione diſſeruit cum præfatione ſua in uno corpore reperietis eſſe collectos.

# EPISTOLA

Franciſcus puteolanus Iacobo Antiquario ſalutem.

Libros Chirii Fortunatiani conſulti de ratione
dicendi iniuria quidem temporum exeſos: &
multis partibus laceratos elegantes alioquin
& eruditos: ac magnam multamq; frugem ſæculo no-
ſtro allaturos: ſtudioſiſſime quãtum ſub unico exẽplari
fieri potuit recognouimus ut imprimerẽtur de quo ope-
re præfari iam & polliceri auſim: nihil apud græcos ac la-
tinos inueniri: quod eundem uſum ſcholaſticis ſit allatu-
rum: non tamen contenderim ipſum Fortunatianũ Iſo-
crati. Ariſtoteli: Halycarnaſeo Dionyſio: Ciceroni: Cel-
ſo Lennati uirgimio Plinio eloquẽtia aut eruditiõe: quæ
in his ſummæ & conſummatiſſimæ fuere præponendũ
ſed ex utriuſq; linguæ auctoribus ueluti ex omniũ floꝝ
mixtura pulcherrimum quoddam corpuſculum effeciſ-
ſe: unde omnes inſtitutiões oratorias haurire poſſemus.
Libri uero qui Ariſtotelis nomine de rhetorica circũfe-
runtur: quos tamen ego non coniecturis ſolũ: ſed certiſ-
ſimis argumentis Ariſtotelis puto non fuiſſe. Quid ha-
bent quod eloquentiam adiuuare poſſint? eos deſydero
tantopere a Fabio laudatos. Reliquorum omniũ ſcripta
de hac arte uolumia: equidẽ poſt Ciceronem & Fabiũ
maximo interuallo poſueri. Rhetoricos ſuos Cicero ipſe
non probat. reliqui eiuſdẽ oratorii libri eminentiſſima &
abſolutiſſima opa ornãt magis q̃ inſtruunt neq; ſe demit-
tunt ut oratoris infantiã alere dignẽtur. ueteranis q̃ tyro-
nibus accõmodatiora rhetorica Cornificii ad Erenniũ.
quæ falſo Ciceroni aſcribit᷑ nõ mõ Cice. nõ redolet: ſed

uix digna ipſo cornificio eſt. Fabii Quinti. inſtitutiones ab ubere matris ad cõſumationẽ perducũt oratorem:& omnibus filis oibus numeris cõſtãt:ſed in pleriſq; moni-toris nõ docẽtis munus funguntᷣ. remq; adeo difficilem cõgeſtis tot opionibus reddũt:ut quaſi per oceanũ naui-gãtibus portus deſperetur. In Cõſulto exactiſſima eadẽ breuiſſima docẽdi ratio pueris ſentitur omnibus probatᷣ aperta expoſita hoc ſolũ deſyderabunt homines ꝙ uitio tempoꝝ non ad unguẽ caſtigata ædi potuit. Itaq; haud inficiabor me ſæpe ac multum addubitaſſe an impreſſo ribus traderẽ:neq; raritate auctoris pulchritudine mate-riæ utilitate ſcholaſticorum:ſed tua ſola auctoritate:quæ mihi pro ratione apud omnes obtrectatores ſufficiet id ut facerem adductus ſum:tantũ enim tibi tribuo:quãtũ nunq̃ M. Cicero Terẽtio Varoni: Tantũ debeo quantũ perſoluere nunq̃ potero: tantum amo colo & obſeruo: quantum decimus Lelius Scipionem: Agrippa diuum Auguſtum: Suetonius Plinium. Sub tutela ſub patro-cinio tuo fœlix & inuidendus ſemꝑ apparui Quum abs te deflexi allucinans perditoq; ſimilis & demũ meis auſpi ciis meo cõſilio nihil optĩe ſuſcepturus aut abſoluturus: Idem auctoritate tua inductus ſentẽtia ꝓmotus cõſilio ad iutus ope innixus præſtare & cõſumare grandia ac ſubli mia quæq; ſolitus. Olim quũ Bononiæ naufragiũ meæ fortunæ oẽs iam iã paſſuræ eſſent:ſubiectis humeris ab iminẽti exitio ſubduxiſti:ſed qd uetera merita i tot recẽti bus ſcrutor: Mediolanũ uocatũ multis maxiſq; rebus or naſti:tua ſuffragatiõe frẽs mei imũitate donati, ego hõe-

ſtiſſimo Salario profiteor certiſſimis ac honeſtiſſimis ſacerdotiis cumulatus q̃tum nec quidē uenerat in mentem unq̃ optare hæc beneficia oē puteolanū nomē potuere i perpetuū ſibi aſtringere. Ac tu non contentus quottidie aliquid addis: nōne hoc grauiſſimo bello quo tota Italia concutit̃ uexatur lacerat̃: tua ſingulari uirtute prudētia auctoritate gratia ſeruati ſum9? nōne ego poſt grauiſſimā offenſionē Illuſtri Ludouico Sphortiæ tua opa recōciliatus non ſolū ſeruatus: ſed & in nūerū aicoꝶ receptus ſum: hæc tu qñ mihi iputaſti? Quin eodē aio eadē liberalitate de toto hūano genere quottidie benemereris: nā in maximo officio in ſplendida admiſtratione & ad conflandas ingentes opes accōmodatiſſima in tanto rerū faſtigio collocatus. Principū quidē gratiā & indulgentiam alienis honoribus & cōmodis expiris rē familiarē nemo uere unq̃ dicere poterit abs te auctā. Fama opione inocentia cādore uitæ iter hōeſtiſſimos imo uero honeſtiſſimus cēſu nouiſſimus: adeo facilius fuerit clauā Herculi: q̃ Antiquario cōtinētiā & abſtinentiam extorſiſſe: Attiliū eni & Curiū & Cincinatū imitatus exiguis patrimoniis ſed ſūmis uirtutibus clariſſimos uiros contentuſq; tenui ad modū ſacerdotio: q; & ipm ne ꝓpēſiſſimi pricipis munus aſpnari uidereris: accepiſti ex tā lōgo pricipū contubernio ex tot hōeſtiſſimis legatiōibus illā præclarā ſupellectilē nactus illas certiſſimas opes es adeptus: q; īfinitos omni officioꝶ genere diceris iuuiſſe: defendiſſe ornaſſe: nemini unq̃ obfuiſſe: Vnde q; paucis admodū contigit aucta gloria ſuperata inuidia. Vale.

## Computus Fortunatiani.

E computo computa triginta ſex per quindecim fiũt qn genti quadriginta. His ſemper adde duodecim fiũt qn gẽti quinquagintaduo. Adde & idictiones ãni cuius uo lueris: utputa decimã uicies ſemel poſt cõſulatũ Baſilii iunioris ſunt quingenti ſexagintaduo anni ab incarna tione Chriſti: Hoc tãtũ memor eſto ſolicitius: ut quo tiẽs quitamdecimã cõpleueris indictionem quo argu mẽtũ poſſit itegrũ cuſtodiri, qndecim nõ aſſumas: ſed primã ſummã. i. in trigintas ex unũ ſemp adiicias: utpu ta ꝓ triginta ſex finita quintadecima indictione: quam in ſuperiore cõputo addas trigitaſeptẽ per quindecim cõputabis annos dñi ſine ullo errore poteris inuenire. Si uis ſcire quota eſt indictio, utputa uicies ſemel poſt cõſulatũ Baſilii iunioris ſumme annos ab incarnatione chriſti: ideſt quingentos ſexagintaduos: his ſemp adii ce tria, fiunt quingenti ſexaginta quinq;. Hæc partire p quindecim, remanẽt decẽ, decima eſt idictio. Si ue ro nihil remanſerit quintadecima eſt indictio.

Si uis cognoſcere quot ſint epactæ, ideſt adiectiones lu nares, ſume annos ab icarnatione domini. quot. n. fue rint, utputa quingentos, hos partire per. xix. & rema nent. xi. Hos. xi. multiplica per. xi. fiunt centum uiginti unum. Hoc item partire per triginta, remanet unus: & una eſt adiectio lunaris.

Si uis ſcire adiectiones ſolis: ideſt currentes ſeptimanæ dies, ſume annos ab incarnatione domini quot fuerit: utputa quingentos ſexaginta duo per indictionem de

cimam per annorum qui fuerint, quartam ſemper adii ce, ideſt nunc centum quadraginta, qui fiunt ſimul ſeptingẽtiduo, hiis adde quattuor: hos partire per ſeptẽ remanent ſex. Sex igitur ſunt epactæ ſolis: ideſt cõcurrentes ſeptimanæ dies per ſupraſcriptam iductionem uicies ſemel poſt conſulatum Baſilii iunioris.

Si uis ſcire quotus annus ſit circuli, decem & nouem annorum ſumme annos domini, utputa quingentos ſexaginta duo, & unum ſemper adiice, fiunt quingenti ſexagintatres Hos partire per decem & nouem: remanent duodecim. Duodecimus annus eſt cycli nouennalis ꝙ ſi nihil remanſerit, nonus decimus annus eſt.

Si uis ſcire quotus cyclus lunæ eſt, qui decem nouẽnali circulo continetur, ſume annos domini, utputa quingentos ſexagintaduo: & ſubtrahe ſemper duo, fiũt ꝗngenti ſexagita. Hos partire per decem & nouem remanent. ix. Nonus cyclus lunæ eſt decẽ nouennalis cycli. Quotiens aũt nihil remanent nonuſdecimus annus ẽ.

Si uis ſcire quãdo biſſextus dies ſit, ſume annos domini utputa quingẽtos ſexagintaduo. Partire hos per quattuor, ſi nihil remanſerit biſſextus eſt, ſi unum uel duo uel tres, biſſextus nõ eſt. Et ne tibi forſitan aliqua caligo erroris occurrat. per omnẽ computum quem ducis, ſi nihil ſuperfuerit, eũdem computum eẽ per quẽ ducis agnoſce, utputa ſi per decem & nouem ducens: nihil ſuperauerit: ſcias nonumdecimum eſſe. Si ꝑ quintumdecimum. Si per ſeptem: ſeptimum.

Si uis cognoſcere quota luna feſti paſchalis occurrat: ſi

martio menſe paſcha celebratur, tunc computa menſes a menſe ſeptembrio uſque ad Februarium: fiũt ſex. Hiis ſemper adiice duo, & fiũt octo, & epactas ideſt adiectiones Lunæ, cuius uolueris anni, utputa indictionis decimæ, una fiunt nouem, & dies menſis quo ipſum paſcha celebratur: ideſt menſis Martii triceſimũ, fiunt ſimul quadraginta: Deduc trigintanouem, decima luna eſt in die ſupius indicato. Si uero menſe Aprili paſcha celebramus. Computa ergo menſes a Septẽbrio mẽſe uſq; ad Martium, & fiunt ſeptem: His ſemper adiice duo, & fiunt nouem. Adde & epactas ideſt adiectiones lunæ, cuius uolueris anni, utputa indictionis decimæ una qui fiũt decẽ: & dies mẽſis quo paſcha celebramus: ideſt aprilis nonum qui ſimul fiũt decẽ & nouem. ſane ſi ſuper triginta habueris: ſemper triginta ſubtrahas: nũc autem nonadecima luna erit.

Si uis agnoſcere quotus dies ſeptimanæ eſt: ſume dies a Ianuario uſq; ad mẽſem quem uolueris utputa uſq; ad nonum diem menſis aprilis fiunt dies.xcix. His adiice ſemper unum, fiunt cẽtum & ſemper adde epactas ſolis, cuius uolueris anni, utputa decem indictionis ſextæ, fiunt ſimul centum ſex. Hos partire in ſeptem, remanet una, & ipſa eſt dominica paſchalis.

Computi Fortunatiani.

FINIS.

## ❡ Cōſulti Chirii Fortūatiani artis Rhetorice ſcholicæ

### ❡ Liber primus.

Viſq; rhetorico? feſtinat tramite doctus
Ad cauſas legeſq; trahi: bene perlegat artis
Hoc opus: & notum faciat ꝑ cōpita callem.

Quid eſt Rhetorica? bene dicēdi ſcientia. Quid eſt orator? uir bonus dicēdi ꝑitus. Quod eſt oratoris officiū? bene dicere in ciuilibus quæſtiōibus: quatenus reꝝ & perſonarum conditio patiatur.

Quæ ſunt ciuiles quæſtiones? quæ in cōmunem animi conceptionem poſſunt cadere: id eſt quas unuſquiſque poteſt intelligere: aut quum quæritur de æquo & bono.

Genera ciuilium quæſtionum quot ſunt? Tria: quæ? demonſtratiuum deliberatiuum iudiciale. Hæc ab aliis quæ appellantur: genera dicendi.

Quod eſt demonſtratiuum? cū aliquid demōſtramus: In quo ē laus & uituperatio. Hoc græci uocat επιδικτικον Latine epidicticon. Vel εγκόμιαστικον latine encomiaſticon.

Quod ē deliberatiuū? in quo ē ſuaſio & diſſuaſio. hoc græci uocāt συμβουλευτικον latīe ſymbuleuticō.

Quod ē iudiciale? In quo ē accuſatio & defenſio. hoc græci uocant δικανικον: latine dicanicon.

Partes oratoris officii quot ſunt. quinq;? Inuētio. diſpoſitio. elocutio. memoria. pronūciatio. Hæc græce uo

cant̃ εργατου ρητοροσ. Latine erga tu rhetoros:

Propoſita controuerſia quid primum conſideramus: an conſiſtat. Hoc quomodo inuenimus: ex intentione & depulſione.

Quid ē intentio: quod prima ps̃ ꝓponit: quæ facit litē quo græci uocāt καταφασιν. Latine cataphaſin:

Quid eſt depulſio: quod ſecūda pars reſpōdet. id græci dicunt αποφασιν Latine apophaſin.

Cataphaſis unde firmat̃ ex ætio. Quid ē ætion: caſatiuū litis. ꝓpter quod res etiā ī iudiciū deuocatur.

Apophaſis unde firmatur. ex ſynechonte. Quid ē ſynechon. quo continetur omnis defenſio.

Ex ætio & ſynechonte quid naſcitur: crinomenon. quid eſt crinomenon: id de quo iudicandum eſt.

Quæ materiæ principaliter nō conſiſtunt. Quæ aut depulſionē non habent. aut quæ impudentē aut turpem habent depulſionē. Hæc a græcis appellantur ασυστατα. Latine aſyſtata.

Aſyſtata quod modis fiunt: Secundum hermagoram quattuor. Cum eſt aut ellipuſa: aut Iſaruſa: aut monomeres: aut aporos.

Quæ ē ellipuſa: Cū aliqd deeſt ex circunſtātiis qđ faciat quæſtionē: ut ſi aliquis abdicatur: nec abdicationis ulla ſit cauſa. Nam ſi ponamus quod luxurioſus ſit: uel quod amicos non habeat: aut aliquid huiuſmōi materia cōſiſtit. Ellipuſa qbus aliis nominibus nūcupat̃: & catalipes & catamorion & cataperiſtaſin.

Quæ eſt Iſaruſa: cū eadem ex utraq; pte dicuntur: &

nihil ꝓpriũ eſt ptis alterius:ut duo adoleſcẽtes uicini ſpecioſas uxores habebãt nocte iuicem ſe cõuenerũt accuſant ſe adulterii: Quicqd.n.altera ps dixerit:idẽ & altera dictura ẽ.Iſaruſam quibus aliis nominibus uocant: heteriſomeren & cata iſotheta & proiſonta.

Monomeres quæ eſt: cum ex prima pte tantum cõſtat nec quicq̃ ex ſecũda afferri põt:ut ſunt loci cõmunes. Verbi gr̃a leno qua parte uenturos ad ſe adoleſcẽtes ſciebat nocte foueã fecit occultam. ea iuuenes ꝑierũt Accuſatur quod cauſas mortis præſtiterit.Hic.n.Le noni nulla defenſio ẽ:Monomeres qd aliud appellat heteromeres & cata heteromerian.

Quæ eſt aporos:cum iudex non inuenit quam ſentẽtiam dicat:Vt tres ſimul iter agebant.duo ſoli reuerſi ſunt.accuſant ſe inuicem cædis.Hic.enim iudex non inuenit qd ſequatur:cum uterq; ab altero dicat occiſũ & nihil ab utroq; approbationis afferri poſſit deficiẽte circunſtantia.

Hæ ſolæ igitur aſyſtataꝝ ſpecies:Sũt & aliæ ſpeciesq̃s apud uarios artium ſcriptores iuenimus.quæ ſũt:hæ Antiſtrephuſa.achromos.adynatos.apitanos:apprepes anæſcyntos.Parhiſtoriam.alogos.

Quæ ẽ antiſtrephuſa: cum actionem ſuã conuertũt litigantes:& neuter utitur ſua priore ſentẽtia:ſed aduerſarii ſui.Vt repetebat ab amico ſuo pecuniam cũ uſuris quaſi creditã.Ille offerebat ſine uſuris tanq̃ depoſitã inter moras iudicii lex allata ẽ.de nouis tabulis repetit ille pecuniã tanq̃ depoſitã.retiet ille quaſi creditam

Quæ eſt achromos: cum color facti nõ inuenit̃: ut decem milites belli tempore pollices ſibi amputauerunt rei ſunt læſe reip. Quid differt monomeres ab achromo. quod monomeres in omnib9 defecit: achromos in ſolo colore.

Quæ eſt adynatos. cum id ĩ themate ponitur. quod ſit cõra rerum naturæ fidem. ut ſi infans accuſetur adulterii: quod cum uxore cubarit aliena.

Quæ eſt apithanos. cũ id inuenimus in themate: qđ min9 ſit uериſimile: ut cum oculos cæci recuperaſſe dicuntur: uel cũ obſeſſi aliquo miſiſſe legatos. Quæ materiæ tamẽ ſolent recipi. Cur ita: quoniam q̃uis min9 uериſimile ſit oculos recuperaſſe cæcum. tamẽ poſſumus credere diuina maieſtate alicui aliquãdo fuiſſe cõceſſum. & obſeſſos aliquo miſiſſe legatos. uel captato obſidentium ſomno. uel per eã partem ciuitatis: quã negligentius obſederũt hoſtes. Huiuſmodi materias qui uocam9. cacoſyſtatas. Quæ ſũt cacoſyſtatæ. que nõ tam firmiter conſiſtunt. Quot ſunt genera in his tria. Nam aliæ ſunt cacoſytatæ. quæ non tam firmiter conſiſtunt. aliæ aſyſtatæ. quæ in totum non cõſiſtunt: aliæ. quæ ne controuerſiæ quidẽ dici debeant ſed plaſmata inrationabilia eſt aloga:

Quæ eſt apræpes. cum aliquid perſonæ incõgruẽs accipiat. ut uir fortis præmium accipiat. Quidam fortiter fecit. petit præmii nomine nuptias filiæ ſuæ.

Quæ eſt anæſchyntos. cum prima pars impudẽs inuenitur ut luxurioſus pater abdicat filiũ frugi. Ita tamẽ

ut ſi uere abdicet. Nã ſi ut purget poterit cõſilio materia cõſiſtere: q̃uis actionem deficiat. V nde intelliger debemus eſſe quaſdã controuerſias: quæ poſſint conſilio cõſiſtere: cum ipſa actione deficiãt. Q uid differt monomeres ab anæſchynto? ꝙ monomeres ex ſecũda deficit parte: at anæſchyntos ex prima.

Q uæ eſt parhiſtorian: quando id in controuerſia inuenimus: quod ſit cõtra hiſtoriæ fidem: V t reus eſt. Q. hortẽſius: quod in conſulatu ſuo de indẽnatis ciuibus ſupplicium ſumpſerit cum ſciamus nõ hortẽſium fuiſſe: ſed Tullium. Hic modus non in perſona tantũ inuenitur immo in omnibus circunſtantiis & in re & in tẽpore & in loco & in cauſa. & in domo & in materia ſi aliqd ex his falſum põatur: q̃ in hiſtoriis inuenimus

Q u e eſt Alogos? que ſine ratiõe compõitur q̃uis omnia ſiſtata alogos dici poſſunt: ſiquidem nuſq̃ in his ratio reperiri poteſt.

Cum cognouerim⁹ materiam cõſiſtere qd primo queremus? Ductum. Q uid eſt ductus? quomodo tota cauſa agenda ſit. Q uid intereſt ter ductum & modũ Ductus eſt totius orationis. Modus uero partis alicuius in oratione.

Ductus quot ſunt? quiq;. Simplex ſubtilis figurat⁹ obliquus miſtus.

Simplex qui eſt. cum ſinpliciter agim⁹ ita ut in themate poſitum eſt.

Subtilis qui eſt. cum aliud eſt in themate aliud in agentis uoluntate.

Figuratus qui eſt? cum palam dicere pudor impedit.
Obliquus eſt cum periculum prohibet aperte agere:
Mixtus qui eſt? quando non unus eſt ductus.

Ductum unde inuenimus: ex conſilio. Quomõ: ſi ueꝝ fuerit conſiliũ tũc erit ſimplex ductus. Si nõ ueꝝ cõſilium tũc nõ erit ſimplex duct9 Sed aut ſubtilis ſi aliud fuerit in themate. aliud i uolũtate agẽtis. Aut figurat9 ſi pudor impediat palam dicere. Aut obliquus ſi periculum impediat aperte agere. Aut Mixtus ſi nõ unus fuerit ductus.

Conſilium unde inuenimus? ex tpe: quomodo ſi præteritum fuerit tempus: ueꝝ erit conſilũ. ſi præſens fuerit tempus uel futurum: nõ erit uerum conſilium.

Ipſum tempus quomodo inuenimus: ex cauſatiuo litis Exemplis doce quomodo ſinguli duct9 inueniuntur Inuentus quidã iuxta cadauer recens hominis occiſi fit ræus cædis. Cauſatiuũ litis ẽ ꝙ ſit inuẽtus ꝙ ẽ præteriti tpis: & ideo uerũ eſt conſilium. Ac per hoc ſimplex eſt ductus:

Subtilis ductus quomodo inueniť: Amicos nõ habẽs abdicatur. Cauſatiuum litis eſt ꝙ amicos nõ habet ꝙ eſt præſentis temporis. & ideo nõ eſt uerum conſiliũ ac p hoc nec ſimplex duct9. Qui ergo erit duct9 ſubtilis? quoniam aliud eſt in themate aliud in agẽdis uoluntate. Nã qui eſt in themate abdicat filium non uere abdicat: ſed titulo abdicationis ſuadet: ut amicos habeat:

Figuratiuus quomodo inuẽitur? Adulteros liceat occi-

dere. Infamis fuit quidam in nurum inuenit eũ m filius adulterum obuoluto capite nec eum occidit. Interrogatus a patre qui fuerit adulter cui pepercerit. Nõ dicit & abdicatur. Cauſatiuum litis eſt ꝙ filius non dicit quod eſt præſentis & ideo non eſt uerum conſiliũ ac per hoc nec ſimplex ductus. Qui ergo erit figuratus quoniam pudore deterretur filius patri palam dicere tu adulter fuiſti.

Obliquus quomodo inuenitur: Tyrannus depoſuit dominationem ſub pacto abolitionis. uult petere magiſtratũ. Contradicitur. Cauſatiuum litis eſt qui petit magiſtratum ꝙ eſt præſentis temporis uel futuri. & ideo non eſt uerum conſilium.

Ac per hoc nec ſimplex ductus. Qui ergo: erit obliquus quoniam periculo prohibetur qui contradicit aperte mentionem facere tyrannidis.

Mixtus quomodo inuenitur: Qui infamis fuit in nurũ arcem occupauit. uocauit ad ſe filium & iterrogauit an rumori crederet negauit ſe credere. depoſuit pater dominationẽ ſub pacto abolitionis. filius repudiauit uxorẽ. Interrogat pater cauſas repudii. nõ dicit & abdicatᷣ. Cauſatiuũ litis ẽ ꝙ filius nõ dicit cauſas repudii quod eſt præſentis tẽporis & ideo non eſt uerũ conſilium ac per hoc nec ſimplex ductus. Qui ergo erit mixtus id eſt & figuratus & obliquus. quoniã pudore deterretur patri palam dicere tu adulter fuiſti: & ideo repudiaui uxorẽ & obliquus. quoniã periculo prohibetur aperte mentionem facere tyrannidis.

Hos omnes ductus quo nõine plæriq; uocant figura-
tos. Nos ergo quare nominibus ſeparemus: qm̃ ſin-
guli ductus diuerſa & ui & ratione cõſiſtunt, nec de-
bent iure uno nomine nuncupari quoꝝ uis & ratio
nõ eſt una. Quid intereſt inter obliquũ ductũ & figu
ratũ: ꝙ figuratus tunc eſt cũ pudor impedit palã di-
cere, obliquus cũ periculũ prohibet aperte agere. Itẽ
ꝙ figuratus in coniectura eſt: obliquus in qualitate
Quid eſt iſtud. cum infamia eſt alicuius incerta.
Aut cum depoſita dominatio eſt conſtat tyrannũ fuiſ-
ſe. ꝙ eſt manifeſtæ qualitatis.

Ductus eſt ſemp utriuſq; partis? Non. q̃d ita? quoniã
ductus ex conſilio naſcitur. Conſiliũ autẽ non omniũ
ſemper eſt unũ. Hæc.n. utraq; pars ſemper eſt eiuſdẽ
uoluntatis: ꝙ ſi eiuſdem erit. hoc eſt ſi unum conſiliũ
utriuſq; partis fuerit: erit unus & ductus: ſicut plerũ-
q; ſolet fieri in foro cũ ex compacto agunt. Quid cũ
diuerſum fuerit conſiliũ utriuſq; partis erit diuerſus
& ductus. Quid modus & ſcopos ſimiliter ut ductꝰ
Non quoniã modus eſt ductus parce ratiõis: ſcopos
autem id quod omnis efficit ductus.

Conſiliũ a ductu quo differt? qui conſiliũ uolũtatis eſt
ductus ipſius orationis. Itẽ qui ductus ex conſilio na
ſcitur: non conſilium ex ductu:

REperto ductu quid prio conſiderabimus: ge-
nus controuerſiæ. Quot ea ſunt: ſeptẽ quæ
Simplex rationale. Siplex legale. Coniũctũ
rationale, Coniunctum legale, Cõparatiuũ rationale

Comparatiuum legale Mixtum.

Quid ē ſimplex rationale:cū res una uel factū ſimpliciter tractatur:ut iuentus ē in cadauer recēs hominis occiſi tenens cruentū gladiū. Reus ē cedis.

Quod ē ſimplex legale:cū lex unā facit queſtionē: ut peregrinus murum ne aſcendat. Peregrinus murum aſcendit:hoſtē propulſauit. petitur ad penam.

Coniunctū rōnale quot modis fit:duobus:reb9 & cau ſatiuis Rebus quēadmodū:cum multa quæruntur ut ſi aliqs accuſetur & adulterii & ſacrilegii Cauſatiuus quēadmodū fit ut cū una res quæritur & multis cauſis aporobatur . ut luxurioſus adoleſcens iurauit ſe uxorem non eſſe ducturum:& abdicatur. Hic enim una quæſtione oſtendimus an abdicādus ſit? ſed cau ſatiuis coniuncta eſt:& qꝫ luxurioſus eſt:& qꝑ iurauit ſe uxorem non eſſe ducturum.

Coniunctum legale quēadmodū fit? cū quæritur. An contra plures leges ſit admiſſum ut pegrinus murū ne aſcendat & nocte nemini liceat eſſe cū telo. Peregrinus murū cū telo nocte aſcēdit & hoſtē ppulſaui petit ad pœnā. Hic.n.cōtra duas leges feciſſe dicit & qꝑ pegrinus muꝝ aſcēderit:& q nocte cū telo fuerit.

Quod ē genus cōpatiuū rationale? cū aut pſonæ au res compantur. Perſonæ quemadmodum? ut q plus reip. præſtiterit petat præmium. cōtendunt medicus & orator. Hic enim quæritur qui melior ſit utrum medicus an orator. Res quemadmodum:ut qui plus Reipublicæ præſtiterit petat præmiū. Alterhoſtes

ab obſidione repulit. Alter hoſtiũ ciuitatẽ cepit. Contendũt de præmio. Hic enim facta eoꝝ & res cõparantur ut quæratur quid plus ſit: hoſtes repellere ab obſidione An hoſtium ciuitatem capere.

Comparatiuum legale quomodo fit cum leges comparantur ut qui auxilium parentibus non tulerit capite plectatur. & mas templum cereris ſi ingreſſus fuerit capite puniatur. In templo cereris matri auxilium filius tulit. Petitur ad pœnam hic enim quæritur per comparationem ſecundum quam legem filius facere debuerit.

Mixtũ quemadmodũ fit quando non ex uno genere materia compoſita. eſt idẽ cũ & ſimplex eſt genus & comparatiuum. Aut cum & rationale & legale.

Simplex & cõparatiuũ quẽadmodum fit? ut quidam proditiõis accuſabatur. Ex filiis eius alter fortiter fecit. Alter deſeruit. Petit pater de uiro forti ut abolitionem iudicii peteret. Ille ĩcolumitatem deſertoris fratris optauit & reo adfuit patri: Abſolutus pater abdicat filiũ hic enim & ſimpliciter quæritur an contra uoluntatẽ patris præmium ei licuerit petere & per comparationem quid magis debuerit optare.

Mixtum ex rationali & legali qualiter fit? ut qui proditionis damnatus fuerit magiſtratui detur cuſtodiendus & triceſima die torqueatur: ut conſcios dicat: & adulteros liceat occidere:

Proditionis igitur dãnatus magiſtratui collegæ ſuo datus eſt cuſtodiendus. Ille cũ ĩ adulterio depræhẽſum

occidit.reus eſt cõſcientia.Hic eni & rationale eſt genus in quo quæritur an hic cõſcius fuerit.an ille adulter & legale:in quo queritur an eũ illi licuerit occidere qui torqueri debuerat ut conſcios diceret.

Hæc genera cõtrouerſiaꝝ cur quærimus? ut iam formam & faciẽ ſtatuum uideamus:& imaginem diuiſionis.Hæc genera ubi inueniemus? εν τῷ κρινομενῳ

POſt hec genera controuerſiarũ quid deinde conſiderabimꝰ:aliud quoqꝫ genus qđ appellatur publicum ſiue commune.

Controuerſiarũ publicarũ genera

Quot iſta ſunt:quinqꝫ.Ethicũ.Pateticum.Apodicticũ Diaporeticum.Mixtum.Quare nõ illis ut ſuperioribus iunguntur:quoniã illa ſeptem ad imaginem ſtatuum pertinent.Hæc uero ad formam elocutiõis Quare publica appellantur ſiue cõia:Quoniã quodcũqꝫ fuerit ex illis ſuperioribus ſeptem neceſſe eſt ut ex his qnque aliquid in ſe habeat.

Quod eſt ethicũ genus? in quo moralitas hoĩum:id ẽ mores hoĩum conſiderantur:ut ſunt comœdiæ uerbi gratia:meretrix ex tribus amatoribꝰ alium oſculata ẽ alio reſiduum poculum dedit.Alium coronauit. contendunt quem magis diligat.

Quod eſt patheticũ genus? in quo motus eſt animi & uis quædã & impetus mẽtis:ut ſunt tragœdiæ. Verbi gratia.indemnatos liberos liceat occidere. Tres filios lege indemnatorum inconſpectu matris occidit Mater eodem gladio ſe interemit.Reus eſt qui cauſaſ mortis præſtiterit.

Quod eſt apodicticum? In quo pugna quæſtionum eſt ut exēpli cauſa pegere ꝓficiſcēs reliquit apud amicum certam frumēti menſuram. Ille in fame ciuitatis duplo precio frumentum uendidit: Reuerſus amicus contēdit de lucro.

Quod eſt diaporeticum: In quo dubitatio eſt nec quicq̄ certi affertur, ut cum duo fratres diſſidentes contēderēt armis pater interceſſit: uulneratus eſt. incert⁹ a quo. quærunt filii a quo ſit uulneratus. non dicentē accuſant dementiæ.

Quod ē mixtum: qui non ex uno gn̄e compoſitum eſt ut eſt hæc ipſa materia patris uulnerati. Nam & pathetica eſt in fratrum congreſſione. & diaporeticon eſt in dubitatione patris.

Hæc genera ꝓpter quid conſideramus? ꝓpter modū actionis & gen⁹ elocutiōis. Vbi ea inuenim⁹? In pſonis & rebus. Nā ſi pſona & res miſeranda ſit erit ethicon. Si indigna: Atrox. patheticō: ſi argumētis approbanda. Apodicticon. ſi nō proferēda. ſed cum ſumma dubitatione ſecum diaporeticon.

Repertis generibus cōtrouerſiaꝵ quid deinde querit? Status. quid ē ſtatus: quo conſiſtit cōtrouerſia. Quomō una cogitatione tot res ſimul inuēimus quoniā hæc conſiſtūt quæ habēt ſtatū Genera ſtatuū quot ſūt: duo: Ratiōale & legale. Quid ē inter rationales ſtatus & legales: qui ratiōales rei alicuius uel facti habent queſtionem. legales autē legis & iuris continent diſceptionem.

Rationales ſtatus quot ſunt? Secundū Hermagoran: quattuor: Coniectura: finis: qualitas & tranſlatio. ſed tranſlationem tantūdem accepimus legalem. Cur ita: quoniam nulla trāſlatio: id eſt præſcriptio ſine lege poteſt eſſe.

Coniecturalis ſtatus quis eſt? cum id: quod ab alio obiicitur: ab aduerſario pernegatur.

Coniectura quot modis fit? Sex. Aut de facto cōſiſtit: & de pſona non conſtat: Aut cum de perſona cōſtat? & non de facto. Aut cū de utroq; nō cōſtat. Aut cū de ſola uoluntate fit quæſtio. Aut cum de re ipſa quærit? Aut cum eſt Anticathegoria. Cum de facto cōſtat & de perſona nō: quomodo fit? ut cum abdicato filio: q militabat: inuētus ē pater telo filii ſui ociſus: Reus ē filius parricidii. Hic eni de facto cōſtat: id eſt occiſum eſſe patrem: ſed de perſona nō cōſtat. quæritur enim an a filio ſit occiſus.

Cum de perſona conſtat & de facto non conſtat quomodo fit: Luxuriū filiū pater abdicauit. Abdicatꝰ medicinæ ſtuduit. Poſtea decumbēti patri dedit poculū: qđ diceret ſanitati congruū. Pater in media potiōe ait ſe uenenū accepiſſe. alius reſiduum poculi bibit: & deceſſit pater: Reus eſt filius paricidii. hic de perſona cōſtat: quoniā filius poculum dedit. ſed de facto non cōſtat qualem enim dederit potionem utrū ueneni an ſanitatis: incertum eſt.

Cum de utroq; non cōſtat qūo fit? ut luxurioſus pater non cōparauit. Reus ē parricidii filius. hic enim non

conſtat occiſum eſſe patrem:& ſi cõſtiterit:incertum eſt an a filio ſit trucidatus.

Cum de uolũtate quæritur quomodo fit ut luxurioſus adoleſcens in nocte a meretricis domo expulſus:cæreũ ardentẽ ante meretricis fores abiecit domus arſit. Arguit eũ ut reſtituat:Hic enĩ & de perſona & de facto cõſtat:ſed tantũ quæritur qua id fecerit uolũtate.

Cũ de re ipſa quæritur qualiter fit:quando ϖεϱιτησ ουσιασ:id eſt de ſubſtãtia quæſtio eſt:non de facto aliquo.i.cũ quæritur an aliquid fuerit illđ de quo quæſtio eſt:non an aliquid ſit factũ.ut repetebat a commilitone ſuo pecuniam tanquam creditã.Negantem ſe debere occidit:ſed & ſe interfecit.Repetũt pecuniam hæredes interfectoris ab hæredib9 pernegãtis.Illi cõtradicunt. hic enĩ non de facto queſtio eſt: ſed de eo an pecũia ãte ſit credita ulla.Q uæ ẽ οντικατηγϱισ id ẽ mutua accuſatio:id eſt cũ aliqui ſe uicem accuſant ut uir fortis habebat nouercam in matrimonio:& captiuam habebat:ambiguis ſignis obiit. Accuſant ſe inuicem ueneficii nouerca & captiua.

Finitiuus stat9 quis eſt:cum id quod obiicitur. non hoc eſſe cõtendimus.Diffinitio quot modis fit:quinque:Aut cum ſimplex eſt quæ anaſceriaſtica:id ẽ refellens dicit᷑. Aut cũ duplex actio ẽ ſiue comparatiua.quæ atioriſtica dicitur.Aut cum duplex quæſtio eſt ſine coniuncta.Aut cum ex partibus diffinimus.Aut cum eſt Antithetica.

Q uæ eſt ſimplex diffinitio:cum unam rem ſimpliciter

diffinimus:ut naufragia ad publicanos pertineãt.Cu iuſdam naufragi corpus cum ornamentis ad littus ex pulſum harena obrutũ eſt.Id publicani eruerũt. Rei ſunt ſepulchri uiolati. hic enim ſimpliciter quæritur quid ſit uiolare ſepulchrum.

Quæ ẽ duplex actio ſiue cõparatiua? cum duas res di uerſas diffiniunt litigantes.uerbi gratia.Sacrilegus ca pite plectatur:fur quadruplũ ſoluat.De templo qui dam priuatam pecuniam ſuſtulit:petitur ad pœnam quaſi ſacrilegus offert quadruplũ quaſi fur. Hic enĩ alter ſacrilegiũ dicit eſſe cõmiſſum:& hoc definit:Al ter furtum & comparatio quæritur.quid ſit admiſſum utrum ſacrilegium an furtum.

Quæ eſt duplex quæſtio ſiue coniuncta? cũ duas res quas prima pars definit eadẽ aduerſarius impugnat ut qui non iniciatus ſacra enunciauerit:capite plecta tur.Non iniciatur.ſacra uidit:inſomnis retulit ei qui fuerat iniciatus.Ille ait hæc ſunt ſacra.petitur ad penã & contradicit. Hic enim quæritur quid ſit iniciatum eſſe & quid ſit enunciare.

Quæ eſt ex partibus definitio? cum unam rem multis partibus diffinimus:ut eſt qui obſidebantur ab hoſti bus:auxilia a finitimis conduxere:quũ in itinere ſunt auxilia:receſſere hoſtes ab obſidione.Petunt illi pac tam mercedem hi uero contradicunt.Hic enim quæ ritur quid ſit auxilium præſtare? Quod ex partibus diffinimus:quod & decreuerunt:& quod miſerunt:& ꝙ hoſtes receſſerunt:

Quæ ē antithetica definitio? qua nō tantū crimen negamus: ueꝝ etiā cōmodū aliquod afferimus: ut ē commēdatā ſibi chlamydē ab ephebo defuncto eo i monumētis maioꝝ eius poſuit. Accuſatur a patre ephebi ſepulchri uiolati. Hic dicit ſepulchrum a ſe nō tantū nō eſſe uiolatū: ueꝝ etiam eſſe & ornatum.

Qualitas i quot ſpecies diuidit? Iuridiciale: & legale. Quare non in demoſtratiuū & deliberatiuū? Quia demōſtratio & deliberatio nomina ſunt dicēdi: quæ ſtatibus dominant̄: & ideo nō poſſunt qualitati ſeruire: qa una eſt ex cæteris ſtatibꝰ Iuridicialis facit ſtatū an nō: Nō Cur: quia uim quam accipit qualitate non apud ſe retinet ſed ſaliis tradit. Quibus Abſolutæ & aſſumptiuæ.

Aſſumptiua qualitas facit ſtatum: facit. quia uim quam accipit a iudiciali apud ſe retinet.

Quot modis fit abſoluta qualitas: duobus principalibus: facti qualitate & iuris rōcinatione. Facti qualitas quæ eſt: Cū oſtendimus factū id quo arguimur non eſſe pernititioſum: & ideo naturali iure eſſe cōceſſum ut cōdēnato Milone Cicero exclamauit bonis ciuibꝰ ſedem eſſe non poſſe. Reus eſt læſæ reipu.

Iuris ratiocinatio quot modis fit: quattuor. Lege More Secta Arte.

Lege quemadmodum fit abſoluta qualitas: Indæmnatos liberos liceat occidere. Tres filios lege indemnatos occidit. Reus eſt uxoris malæ tractationis. Hic enim ſe dicit lege feciſſe.

More quomodo fit? Mos apud Scythas fuit ut ſexagenarii per pontē mitterentᷣ. Scytha Athenis ſexagenariū patrem per pontem deiecit. Reus eſt parricidii hic enim ſe dicit gentis ſuæ moræ feciſſe.
Secta quēadmodū fit? Phūs diſputauit in contione de bono mortis: cūcti qui eum audiere laqueo uitā finierunt. Dñi eoꝝ accuſant phūm damni illati. Hic. n. dicit ſe ſecta ſua feciſſe ut hoc diſputaret.
Arte quemadmodum fit? Pictor naufragia pinxit & publice propoſuit: nemo nauigat. Reus eſt reipu. læſæ. Et hic enim neceſſe eſt ſua ſe arte defendat; qui pictores conſueuerunt huiuſmodi multa pingere & publice proponere.
Aſſumptiua q̄litas facit ſtatū? Nō cur: quia uim quam accipit a iuriditiali nō apd̄ ſe retiet: ſed aliis tradit. Quibus? Relatiōi: Remotiōi: Cōpēſationi: Veniæ:
Relatiuus ſtatus quēadmodū fit: Cū reus culpā refert in eū pꝑ quē arguitᷣ. ut eſt miles in acie exclamauit: uincimur. occiſus ē ab imperatore. Reus fit imperator læſæ reipu. contra dicit. n. militē peccaſſe: & ideo occidi debuiſſe ꝙ hoc clamauerit.
Remotiuus quomō fit? Modis fit duobus: cū aut in pſonam remouemus aut in rē. In pſonā qūo? Legatus intra. xxx. diem nauiget: Legatus nō accepto a q̄ſtore uiatico: nō nauigauit intra. xxv. diē. Reus eſt male geſte legationis. Hic enim remouet crimen i quæſtorē a quo uiaticum non accepit.
In rem quemadmodū? ut miſſus ē ad expugnādā ho-

ſtium ciuitatem. Inuenit illam lue laborare. Reduxit exercitum. Reus eſt læſæ reip.

In legem poſſimus remouere. poſſimus. ſed hoc idem accepimus quod eſt cum in rem remouemus.

Cōpenſatiuus ſtatus quod modis fit? duobus. Cum aut delicto meritum comparamus. Aut cum maiori incōmodo conſultum eſſe contendimus:

Delicto meritum quemadmodum comparatur? ut milites ex acie ad muros cōfugiebant. Imperator muros diruit uictoriā reportauit. Reus ē læſæ Reipublicæ:

Maiori incommodo quomodo proſpectum eſſe contendimus? Tyrannidis tempore ſpecioſum filium amico commendauit. Vocauit ad ſe patrem eius tyrannus & tormentis expreſſit ubi eſſet filius. Satellites miſit ad amicum. Amicus puerum occidit: Amicum mater pueri cædis accuſat. Adeſt ei pater. Hic enim dicti puerum maiori a ſe pudoris iniuria liberatum.

Venia omnis qualis eſt: Aut purgatiua aut deprecatiua. Purgatiua quot modis fit: quattuor: errore: caſu: neceſſitate: obliuione.

Errore quemadmodum fit: ut exulem intra fines deprehenſum ius ſit occidere ex duobus geminis fratribus ſimilibus alter exulabat: fratrem eius quidam tanquam exulem occidit: Reus eſt cædis. Hic enim ſe dicit errore feciſſe.

Caſu quomodo fit: Dum uenatur. haſtam i feram miſit. in hominem icidit. eo uulnere periit. reus fit cædis.

Hic enim dicit ſe non uoluntate:ſed caſu feciſſe:

Neceſſitate quomodo fit.Orator captus ab hoſtibus:
laudes eorum ſcripſit uicentibus his.& publice recita
uit. gratuito dimiſſus eſt.ad ſuos reuerſus.læſæ reipu
blicæ reus damnatur.Hic enim dicit ſe non uolũtate:
ſed neceſſitate feciſſe.

Obliuione quemadmodum fit.Sacerdos omnibus ca
lendis ſacrum non fecit.Petitur ad pœnam.Hic enim
aliter defendi non poteſt.niſi memoria id ſibi allega-
uerit excidiſſe.

Deprecatiua uenia quemadmodum fit? cum nulla po
teſt eſſe defenſio cui liceat ignoſcere.ſed eum tantum
modo deprecamur:quoniam negare non poſſumus
non uoluntate feciſſe id propter quod arguimur.

NEgocialis ſtatus quot modis fit pricipatib9 du
obus.In ſcripto & extraſcriptũ.In ſcripto qđ
modis fit? tribus.Simplici .Coniũcto.Cõpa-
ratiuo. Simplex quomodo fit.cum una lex ſimplex ẽ
ut fertur rogatio.ut honores ueneant.

Coniunctum quemadmodum.cum duæ leges uel plu
res feruntur.ut in ærarii inopia fertur rogatio ut hono
res ueneant & noua ueſtigalia inſtituantur.

Comparatiuus in ſcripto quomodo fit.cum ita leges fe
runtur ut pro comparatione quærendum ſit.quæ po-
tius comprobanda uideať ut in ærarii ĩopia alius fert
legem ut honores ueneant alius ut noua uectigalia in-
ſtituantur quæritur quæ potior ſit.

Extraſcriptũ quod modis fit? duobus. Simplici & con paratiuo. Simplex quot modis fit? quattuor: Iniectio ne qualitatum: particula iuris. quãtitate numeri: cum caulæ redduntur mortis uoluntariæ.

Iniectionem qualitatũ quid græci uocãt. ελιβολιнπο ιοτнτωн. Quid eſt iniectio qualitatũ: cũ qualitas qua litati ſupernaſcitur.

Iniectio qualitatum quot modis fit? quinq;: lege: rogati one: Teſtamento. pacto. edicto uel præconio.

Lege quomodo fit? Rapta raptoris mortem. Aut indo natas nuptias optet. Rapuit & profugit. dedit eam pa ter marito alii reuerſum raptorem uult pater produce re ad magiſtratum. Ille contradicit. Quomodo hic ſu pernaſcitur qualitas qualitati? quoniam quæ antea ra pta erat: hoc die iam nupta eſt.

Rogatione quemadmodũ fit? Vir fortis petit præmi um nuptias uxoris alienæ. Accepit: prima nocte exani matam priori marito rediddit: Cum apud illum cõua luiſſet: repetit eam uir fortis. uiro forti contradicit pri or maritus. quomodo hic ſupernaſcitur qualitas qua litati. quoniam quam repetit quaſi uiuam reddidit qua ſi mortuam.

Teſtamento quemadmodũ fit? Decedens teſtamẽto iuſſit ut filia ſua tutoris filio nuberet. Reddita tutela: tutoris filius petit eã in matrimonium. Illa contradicit qũo hic ſupnaſcitur qualitas qualitati? quoniã iuſſa ẽ tutoris filio nubere. & ille iam tutoris filius eſſe deſiit.

Pacto qũo fit? Pactus ẽ daturum ſe ĩ matrimoniũ filiã

medico ſi eā ad ſanitatem perduceret:pduxit ad ſanitatem. Inter moras rapta ē ab alio:& ſecūdum morem raptarū puella indotatas nuptias elegit. Petit medicus ex pacto nuptias contradicit puellæ pater.

Edicto uel præconio qūo fit: Cuius ſeruus fugerat libello propoſito uel ꝑ præconem nuncíās dixit daturum ſe denarios mille ei qui ad ſe ſeruū pduxiſſet. Quidā perduxit:perductus in libertatem aſſertus eſt:& liber ꝓnunciatus. Petit ille mille denarios: contradicit q̄ dominus fuerat. Quomō hic ſupnaſcitur qualitas qualitati quoniam ille pro quo mille denarii promiſſi erant: liber pronunciatus eſt.

RArticula iuris quæ ē aliqua poſtulatio ē. Hæc ſpecies ꝗ modis fit. tribus. Cum res pecuniaria ē. Cū ius in poſterū fit. Cū de mō pœnæ agitur. Hi ſunt tituli controuerſiaꝵ qui κατὰ τὸ πλεισ̃τον negocialem ſtatum oſtendunt.

Res pecūaria quēadmodum ē: Depoſuit apud amicū certam frumēti menſuram:& ait quāti emiſſet eo abſente. ille duplo uendidit præcio. Reuerſo offert ei ſimplam pecuniam: ille exigit duplam.

Ius i poſteꝵ quemadmodum fit. cū ex præſenti iudicio ius conſtituit̃. qđ poſtea ſic obſeruandū: ut ē orba ꝓximo nubat. uel ſi eā noluerit i matrimōio ducere det .x. milia. Indicendi ſibi orbæ proximus dedit .x. millia. Indicit illi alias nuptias:& cōtradicit. Ex hoc enim iudicio incipiet inſtitui ius. utrum uni orbæ an omnibus ſit obnoxius proximus.

De modis pœne cũ quærimus q̃uo inuenimus? Q ui cãs mortis præſtiterit capite pũiatur: & raptor raptæ det.x.millia. Puellam cæci patris ducẽ rapuit. Ille præcipitio obiit. Petitur ad pœnam: & offert.x.millia. Hic enim quæritur qua pœna affici debeat.

T Ituli cõtrouerſiaꝝ: q κατατοπλιστοη nego cialem ſtatum efficiunt: Q ui ſũt cum tribuni appellãt de iiuſto ſupplicio. Cũ abdicatio ẽ Cũ præmii petitio eſt. Detur exemplũ quemadmodũ tribuni appellẽtur. Seru9 meretricẽ dñam amat. uult illũ tribun9 crucifigere. Appellat tribunus de iniuſto Q uid abdicatio? Aicos nõ hẽt & abdicat ſupplicio Cum præmii petitiõe quomodo fit: uir fortis petit præmium. Ruſticus fortiter fecit: petit præmii nomine ne oues immolentur.

Q Vantitas nũeri quã tertiã ſpẽm eẽ dixim9 negocialis extra ſcriptũ quemadmodum fit: Cũ q̃titas ſine ulla cõpatione tractat: ut tyrãnicida præmiũ petat duos tyrãnos occidit. Petit duo præmia: & contradicitur. Hic eni quærit p q̃titatem ſine ulla compatione tyranni lex illa una fuerit aut duæ.

Q uarta ſpecies extra ſcriptum negocialis ſtatus: que ẽ cum cauſæ reddũtur mortis uoluntariæ: ut eunuch9 amat: reddit cauſas uoluntariæ mortis:

C Omparatiua ſpecies extra ſcriptũ quot mõis fit: quattuor. Cũ diuinatione: cũ qualitatũ cõparatione: cũ q̃titatum: cũ duaꝝ qualitatum.

Q uæ eſt diuinatio? cũ de idoneo accuſatore quæſtio ẽ

id eſt cũ duo uel plures accuſationẽ ſibi uendicẽt. ut ẽ qui habebat filiũ & uxorẽ meretricẽ diligebat: uult filius patrem accuſare dementiæ uxor malæ tractatiõis Hic enim quæritur quis magis accuſare debeat.

Qualitatum comparatio quæ eſt. Cum pſonæ comparantur qui plus reipubli. præſtiterit. petat præmium. contendunt medicus & orator.

Quantitatũ comparatio quæ eſt. quando facta comparantur & quæritur quantũ hoc uel illud ſit:

QVot modis fit q̃titatũ compatio? duobus: cũ aut res cõparant̃ aut nũeri. Res quẽadmodũ cõpant̃? ut q plus reip. p̄ſtiterit: petat p̄miũ. Alter hoſtes ab obſidiõe repulit. Alter hoſtiũ ciuitatẽ cæpit. Cõtẽdũt de præmio? Hic. n. res geſtæ eoꝝ cõparantur. Numeri quẽadmodum cõparantur: ut ĩ iudicio ſeptem iudices ſedeant: & eorum ſententia probetur q̃ plures dixerint. Reum tres iudices capite dãnandum iudicauerunt duo exilio: duo abſoluerunt. Quæritur quorum prior ſententia ſit trium iudicum qui capite damnarunt. An quattuor qui non capite damnarunt.

Duarum qualitatum comparatio quæ eſt: cũ pſonæ ſimul & res comparantur: ut ẽ q plus reipublicæ præſtiterit: petat præmiũ. In ciuitatis ſeditione orator concordiã fecit in Senatu ſuadendo. Philoſophus apud populũ contendunt de præmio. Hic enim & pſonæ comparantur philoſophi & oratoris: & facta eo tum ꝙ alter in ſenatu ſuas erit; alter ad populum.

LEgales ſtatus quot ſunt:ſecũdũ hermagorã quattuor. Scriptũ & uolũtas leges cõtrariæ. Ambiguitas Collectio. Accidit ad hos & trãſlatio quæ tantũ legalis eſt:& definitio quã etiam legalem accipimus:ſecundum.M. Tullium.

Tranſlatio quot modis fit,quattuor a perſona a re a tẽpore a loco:

A perſona quot modis fit:duobus.Rei & accuſatoris:

Quẽadmodum proſcribimus a re: ut ſi infamem negemus agere poſſe.A pſona eius q reus ẽ:ut ſi negemus poſſe accuſare uirũ fortem.A re quomodo præſcribimus:ut filius aduerſus patrem ne ſit actio. niſi dementiæ.filius uult accuſare patrem affectatæ dominationis ille præſcribit.

A tempore quẽadmodum præſcribimus:duplici mõ ſi aut olim eum agere potuiſſe dicamus: nunc agere nõ poſſe.Aut ſi nunc agere non poſſe contendamus poſtea uero poſſe dicamus.

Olim potuiſſe ſed nũc non poſſe quẽadmodũ ut pupillus ne agat cum tutore poſt acceptã tutelam niſi intra quinquẽniũ.Pupillus accepta tutela nomen militiæ dedit. Poſt quinquennium dimiſſus uult agere cum tutore.Ille præſcribit.Tutor enim dicit olim illũ agere potuiſſe ſed nunc non poſſe.

Quemadmodũ præſcribimus eum aduerſarium poſtea agere poſſe nunc uero nõ poſſe cõtendamus:Pupillus nõ agat cũ tutore:niſi poſt acceptã tutelam.

Pupillus amat meretricem.Petit de tutore.ut eam ſibi

redimat. Non redimenteͤ accuſat malæ geſtæ tutelæ. Ille præſcribit. Hic enim tutor dicit eum nõ accepiſſe tutelam. & ideo nondum agere poſſe.

A loco queͤadmodũ præſcribimus? Cũ aduerſarium dicimus alibi agere poſſe non ibi ubi intenderit cau-ſam. Ut ſi dicamus nõ Romæ ſed in prouincia eum agere poſſe. Non apud prætorem ſed apud cõſuleͤ.

A modo non præſcribimus ſicut apud. M. Ciceronem habemus ſed ideͤ accepimus modũ ꝙ rem.

Quod intereſt inter præſcriptioneͤ & trãſlationeͤ? qꝛ præſcriptio excludit actioneͤ. Trãſlatio aũt differt.

Trãſlatio quot modis fit? duobus prĩcipalibus ꝑ quali tateͤ ut ſupra & ꝑ quantitateͤ ut ſi dicamus non poteſt aduerſus tot: Atqꝫ id tot rebus utilitatis & poſtea.

Præſcriptioni quot modis occurrimus: q̃ttuor: παρα-γραφη αντιπαραγραφη dfinitioẽ: Iuris ratiociatioẽ

SCripti & uoluptatis ſtatus quot modis fit: duobus. Cũ aut prima pars ſcripto nitit̃: ſe-cunda uoluntate contendit aut cum utraque pars amiſſo ſcripto ſola uoluntate contendit.

Cum prima pars ſcripto nititur: ſecũda uoluntate queͤ admodũ fit: ut Peregrinus ſi muros aſcenderit: capite plectatur: Peregrinus muros aſceͤdit: hoſtes pulſauit: petitur ad pœnã. Contradicit utraqꝫ pars.

Omiſſo ſcripto queͤadmodũ ſola uoluntate contendit: ut decedeͤs cauit teſtamento: ut uxor ſua deceͤ millia acciperet ſi alii non nuberet. Poſt annũ peperit. Re-petũt ab ea hæredes deceͤ millia: illa cõtradicit. Hic. n.

utraque pars de teſtatoris uoluntate contendit.

LEges cōtrariæ quot modis fiūt? duobus: Cū duæ leges cōtrariæ tractāt ex ſingulis ꝑtibꝰ aut cū una lex duplex eſt: & eius ſibi ſingulas ꝑtes aduerſarii uēdicāt. Quare hūc modū nō recipimus qm̄ nulla hic iuris ē cōparatio: ſed ſola p̄miorū petitio: quæ ad negocialē ꝑtiet ſtatū: & qa tūc ē ſtatus legū cōtrariaꝝ: cū altera lex neceſſe ē pereat.

AMbiguitas quot modis fit? quinqꝫ: ꝑ diſcretū ſiue ꝑ idiſcretū mō obſcuro ꝑ homonymiā: per diſtinctionē: ꝑ abūdantiā. ꝑ deficiētiam.

Per diſcretū & indiſcretū queādmodū fit? ut meretrices ſi ācillas habuerit publicæ ſint. Meretrices habēt ancillas. Quæſtio eſt quæ debeāt publicari meretrices: an ancillæ earum: an utræqꝫ.

Per homonymiā quomodo fit ut legauit teſtamēto diſcū ſuo aico. hæres offert uas uitreū ille petit argēteū

Per diſtinctionē quomō? ut quidā duos amicos habebat: alteꝝ nomine Mileſium: alterum Leſium: teſtamento ita cauit. Amicus meus hæres eſto Mileſi. Cōtendunt de hereditate leſius & mileſius.

Per abūdantiā quemadmodū ut meretrix aurata ueſte ne utatur: ſi uſa fuerit publicetur. Meretrix aurea ueſte uaſa eſt. Quæſtio eſt quæ debeat publicari ipſa an ueſtis eius. Quomodo hic per abundantiā fit ambiguitas? quoniam ſi tollas ne utatur ita legem ponas Meretrix aurata ueſte ſi uſa fuerit publicetur. icipiet publicatio ad meretrices pertinere.

Per deficiẽtiam quomodo? Teſtamẽto ita cauit ab hæ rede meo dari uolo amico meo decẽ uaſa argẽti.quæ elegerit.Q uæſtio eſt quis debeat eligere.

Collectiuus ſtatus quis eſt? cũ ex ſcripto colligim9 id ꝙd ſcriptũ nõ eſt:ut ꝑinde eẽ doceãus ac ſi ſcriptũ eẽt

COllectio quot modis fit:quinq;:a ſimili:a cõſe quẽtia:a contrario:a maiore ad minus a mino re ad maius.

A ſimili queadmodũ: Teſtamẽto ita cauit:ut ꝗ patrẽ pul ſauerit:manus ꝑdat:Matrẽ pulſauit:petitur ad pœnã:

A cõſequenti queadmodum:Adulteros deprehenſos li ceat cæcare.In adulterio depræhenſus cũ excæcat9 eſ ſet:& perductus eẽt poſtea a paraſito ſuo in adulteriũ maritus cũ eos inueniſſet paraſitum excæcauit:Para ſitus de eo repetit talionẽ.cõtradicit marit9.Hic.n.col lectio fit huiuſmõi:qm̃ maritus dicit cõſequens eẽ ut eius oculi eruerẽtur quo miſtro adulteriũ ẽ cõmiſſũ.

A cõtrario qũo:deſertor capite plectatur.deſertor qdã fortiter fecit:uult petere præmium:& cotradicitur.

A maiori ad minus qũo:Exulẽ intra fines deprehẽſum liceat occidere.quidã exulem intra fines deprehẽſum uerberauit.& accuſatur ꝙ contra leges fecerit.

A minori ad maius quomõ.Q ui cõmilitonem in acie ꝓtexerit petat præmium:imperatorem protexit.uult petere præmium.& contradicitur.

Definito legalis queadmodũ fit:cũ petitio ex lege dſcẽ dens uerbis ẽ definiẽda.i.cũ uerbũ i lege poitũ definit͛ ut eſt qui nauim periculo poſitã rexerit: eius ſit nauis

cũ onere & q nauẽ reliqueritis nauim & onus amittit Gubernator & mercator naufragiũ paſſi ſũt. Orta tẽ peſtate gubernator in ſchaphã trãſiliit: & funib9 quo ad potuit naui opitulat9 ẽ. Mercator in clauum incu- buit nec potuit mori: Naufragus ad gubernaculum re dit. Sedata tẽpeſtate per uenerũt ad littus. Contendũt de naui & onere. Q uemadmodum eſt hic definitio le galis? quoniã quæritᷣ quid ſi naui regere & quid reli- quere: q̃ uerba in lege poſita petiõis faciũt q̃ſtionem:

STatus ubi inuẽitur ĩ eo q ꝓbam9: aut in eo ex quo ꝓbam9. Secũdũ theodorꝝ ĩ eo ex quo ꝓbamus ſecundũ hermagorã aũt & plurios in eo quod ꝓbamus. Nã ex quo ꝓbamus. argumẽtũ continet: & non põt uideri in eo eẽ ſtatus quãdo nõ id ſubſcriptũ ẽ: ſed in id quod ꝓbandũ eſt. V t cum cau- ſa ẽ ꝑ Milõe. Nã qđ ibi ꝓbatᷣ ꝛlatio ẽ. P. clodi9 meruit occidi. Ex quo ãt ꝓbãus cõiectura ẽ. Inſidias. n. fecerat

Cum plures ſtatus inuenerimus quõ eligimus pricipa lem? Primo quæremus quis cuius ſit in locis diuiſiõis Nã qui alterꝝ in ſe habuerit is erit principalis. Q ui ue ro in locis diuiſiõis fuerit alterius quaſi mẽbrorꝝ eius ẽ iudicãdũ. Q ui in locis fuerit alterius ipſe quoq; præce ptis ſuis, i. locis ſuis diuidetur. Nõ ſemper: ſed quãdo uim habuerit incidentis.

Q ui ẽ incidens ſtatus? q confirmat principalẽ: Incidẽs locis ſuis ſemꝑ impletur: ſemꝑ quoniã neceſſe ẽ imple ri eũ q ſeruit & opatur: & in res ſuas tradit pricipali. Si neuter in alterius locis fuerit: quid faciemus? quære-

mus quid cuiq; ſeruiat:nam qui ſeruierit:is erit incidēs
Qui uero dominabitur:is erit principalis.
Si neuter alteri ſeruierit:quem iudicabimus principalē utrunque.
Huiuſmodi cōtrouerſia quid uocat̃? Cōplexiua. Cur ita:quoniam duos in ſe uel plures amplectitur ſtatus.
Has aũt:id eſt complexiuas quemadmodũ diuidem9: finito uno ſtatu ad aliũ ueniemus.ita tamen ut quæramus:quē primo tractemus.id eſt eũ unde incipit quæſtio:hoc ē unde naſcitur origo litis:& qui maiorē in ſe cōtinet pugnã:aut eum q̃ ad affectus ꝑtinet.iuxta epilogos tractamus.ꝗ ſi pugna inuidioſa fuerit aut piculoſa eũ ſtatum in primo tractabimus:qui ꝑtinet ad affectus. Melius.n.lenitis ac placatis in ꝑtē noſtrã iudicibus uel in aduerſarios concitatis moralitate quadã? ſympathia ad pugnam ſine inuidia deſcendemus.

Comparatiuas maı̃erias quot mōis diuidem9: Tribus. Aut enī perpetua eſt diuiſio. Aut partita. Aut duplex.
Quæ eſt perpetua? cum una ꝑte omnib9 ſuis locis explicata ad alteram deſcendimus
Quæ eſt partita? quum ſingulas queſtiões ſingulis cōparamus non cum locos diuiſionis.
Quãdo quo utẽur genere diuiſionis? Cũ ſingulæ queſtiões pares ſibi ſunt in compatione:tunc utemur duplici diuiſiõe.ꝗ ſi quedã fuerit cōtra nos quæſtiões ꝑti to utemur genere diuiſiõis.& locis ſingulis compabimus. Cur ita? quoniã ibi poſſumus q̃d cōtra nos ē.la

tẽter oĩttere uel detegere. ꝙ ſi ſingulas qõnes ſingulis cõpamus: & ibi aliqd ꝑtermiſerimꝰ: id ꝙ nobis obeſt manifeſtũ uidebimur præteriſſe. Quod ſi aliquis locꝰ cõtra nos fuerit: & nõ potuerimus uti eius cõparatiõe perpetua utemur diuiſiõe in qua etiã quoſdam cõtrarios nobis locos latenter poſſumus præterire.

Diuiſio eſt ſemper eadẽ utriuſqꝫ partis? nõ ſemper Nã plerunque aliud alii expedit parti. Siquidem diuiſio ꝓ ſua utilitate formanda eſt.

Quod ſtatus eſt ſemper utriuſqꝫ partis? & ipſe aliquãdo diuerſus eſt apud litigantes.

¶ Conſulti. Chirii Fortunatiani artis rhetoricæ. Scholicæ liber. i. explicit. Incipit Secundus.

REperto ſtatu quid conſideramus? totã materiã per ſeptẽ cirũſtantias Cur nõ ſtati diuidimus? quoniã prius uniuerſã cãm cõfuſe conſyderare debemus: tunc oĩa quæ repta ſunt: capitulatim quæſtionibus ordinare.

Quot ſunt circũſtãtiæ? ſeptem. Perſona. Res. Cauſa. Tempus. Locus materia. modus.

Perſona quot modis conſyderatur? xxii. xix

Nomine: ut ſapiens. Natione ut græcus.

Patria ut athenienſis.

Genere ut nobilis uel ignobilis

Dignitate ut uir fortis:

Fortuna ut diues pauper:

Corpore ut ualidus longus.

Inſtitutiõe uel educatiõe: ut qũo ſit inſtitutus eruditus.
Moribus ut frugi luxurioſus paciẽs uel impaciens.
Victu ut ſi prodigus aut bene frugi.
Quomodo rem ſuam adminiſtret.
Qua conſuetudine domeſtica ſit.
Affectione equorum armorum canum:
Arte uel ſtudio: ut medicus orator.
Conditione ut ſeruus addictus.
Cõditiõe alia õ liberos ſpectat ut adoptiuus abdicatus.
Habitu ut nitido ſordido obſcuro
Vultu: ut læto triſti.
Inceſſu ut cito uel tardo.
Oratione ut graui ſeditioſa:
Affectu ut lætitia ira.
Morbo debilitate.

IN re qd cõſyderamus? Theſin. Cõſideratio thematis multiformis ẽ, in q̃ uidebimus q̃ ſit & qualis quæ quaſi publica ẽ oĩum circũſtantiaꝝ ut an illa res fieri poſſit ab ullo hoie illa cã illo tpe illo loco illo mõ illa materia q̃uis oẽs circũſtãtiæ hoc mõ ſibi inuicẽ ſint coniunctæ.

OMnis cauſa q̃lis ẽ? Aut ĩpulſiua. ut ira odiũ Aut raciociatiua ut lucrũ hereditas. Impulſiuã græci qd uocãt ορεκτηκην Ratiociatiuã qd uocãt. λογκην αιτιαν. Ex his quæcũq; fuerit qualis ẽ. Aut efficiens quũ dicimus illa ratione prouocatus eſt quod ποιητιονατον græci uocant. Aut adiuuans quum dicimus etiam illa cauſa acceſſit, quod

απεργετικον αιτιον græci appellāt. aut ꝓhibēs: imō habui causam nō faciēdi ne ad inimicū meū hereditas pueniret quod κλωυτικον αιτιον græci nūcupāt

Si nihil hoꝶ in cā inuenerimus qd afferēus: Aut ipm factū causam faciēdi fuiſſe dicemus. Aut ipsam pſonam talē ſuper fuiſſe monſtrabimus

In ipſo facto quemadmodū causam cōſiſtere dicemus ut dicamus in ipſo furto causam fuiſſe faciendi: quod συνεκτικόν αιτιον uocamus.

Quid in pſona: ut ſi ſeditionis aliquē arguamus dicamus illum ſemper ſeditioſum fuiſſe

TEmpus quod modis cōſideraťˀ publicis: tribꝰ futuro: p̄ſenti p̄terito Ex his quodcūqꝫ fuerit qbus modis iuenimus: Aut naturali ut die nocte aut legitimo ideſt ſtatiuo ut feſto nefaſto Aut accidēti ut fame lue. Aut cōmuni ut meſſis uindemiæ Aut ſingulari ut qn̄ ille togā uirilē accæpit quādo ille duxit uxorem Aut ꝓprio: cū dānatus eſſet: cū abdicatus eēt Aut oportūitate quā græci uocāt ευκαιριον

LOcus oīs qualis ē: aut naturalis ut in mari in monte in cāpo Aut poſitiuus ut ī ciuitate Poſitiuū quot modis cōſideramus: octo Publico ut theatro ſtadio Priuato ut domo uilla Sacro ut tēplo adyto Religioſo: ut mauſoleo ſepulcho Infami ut lupanari Interuallo ut ꝓpe Lōge Qualitate ut contra poſt ante Quātitate ut āguſto ſpacioſo

MOdus omnis qualis eſt: Bipartitus Clam aut palā Nam quæcunque alia offerri poſſūt ad

iſta reducunt̃ ut uiolenter, Impotenter. Audacter. Quod enim ita factum eſt id palam factum eſſe manifeſtū ē. Aut uero quod captioſe inſidioſe fraudulenter doloſe: clam factum eſſe cognoſcimus.

Materia quibus modis conſideraẗ? & hæc multiformis eſt ſicuti rem eſſe diximus. Vt fuſte gladio laq̄o ueneno & cæteris. Quodcunq̧ in themate fuerit quibus ex cauſis collocaẗ? Aut ut controuerſiam faciat Aut ut augeat queſtiones.

Poſt conſiderationem thematis quid faciemus: controuerſiam diuidemus.

In diuiſione qd cōſilii obſeruandū eſt: Vt primo loco ꝓponamus præſcriptiuas queſtiōes deide generales tūc ad locos diuiſiōis ueniamus q in arte tradunt̃.

Præſcriptionem ſemper in prima parte tractabimus nō ſemper. Nam & aliquando & in nouiſſimam partem differremus: quod tunc faciemus ſi aut res indiuiſa fuerit: aut ſuſpecta perſonæ.

Diuiſiōis uitia q̃ ſt̃: εκλεηψισ πλεονασμωσ αταξι

Cōiectura quot locis diuidit̃: decē. παδαγδαφη paragraphe. αντιπα αγ ράφη̃ antiparagraphe. nō ueriſimili queſtione uolūtate facultate Ab initio ad finem deriuatiōe cauſæ. Veriſimili deſēſiōe: Epilogica q̄ſtiōe:

Semper omnibus his locis coniecturā diuidemus: nō ſemper. Nam ut non omne nomen omnibus litteris ſcribit̃: ita non omnibus locis omnis materia diuidit̃ quod ipſum fieri etiam in cæteris ſtatibus ſcire debemus: cū accuſator id quod negamus quærit a quo ſit

admiſſum quo greci uocant. ἀϱικϱισιν:

Huic loco quot modis occurrimus? tribus. Aut igno-rantia: ſi dicamus neſcio. Aut ſi in ipſum aduerſarium retorqueamus: ut ſi dicamus tu feciſti: Aut ſi in alium quemlibet: ut puta ille fecit.

DIffinitio quot locis diuidit͛: ſex. Definitione Collectiōe. Quātitate. Cōparatiōe. Coniectura q̄litate quæ ſpectatur. Iuſto. utili honeſto: epilogica quæſtione.

Abſoluta qualitas quot locis fit. quinq;. Definitione ſũmo ad imum. A partibus. Iuſta uoluntate. Epilogica quæſtione. aliquando & locis ſcripti & uoluntatis: cũ ſcriptum recipit queſtionem.

Relatio quot modis diuiditur: undecim: nec ſola relatio ſed omnis ſpeties aſſumptionis quibus a ſummo ad imum ab ipſa aſſumptione quæ fuerit ſi relatiuus a relatione ſi remotiuus a remotione. ſi compenſatiuus a compenſatio ſi uenialis a uenia.

Quid ſunt alii loci: a te futatione aſſumptiōis p̱ cōiectu rã uel quantitatē relatione remotiōe: a fine a collectio ne: a maieſt ate: a cōparatione facti & aſſumptionis.. Cōiecturã. Cōmuni qualitate. uel epilogica queſtiōe

Omnes ſpecies negocilalis ſtatus hiiſdē locis diuidunt͛ e diuerſis. Nam ſingulæ habent ſuos certos locos diuiſionis. Negotialis ſcripto cũ lex fertur uel rogatio quot locis diuiditur: tredecim. cum uerba ſcripti excutimus id ē cum quærimus an obſcura ſit lex uel rogatio. An minus plena an dubia & anceps:

Sequens locus quis erit? cum quærimus an cõtra legẽ uel decretũ uel morem referatur & ſiquid huius modi fuerit.

Q uid tertius? an honeſta ſit lex quam ferimus.

Q uartus? an utilis ſit uel iuxta. Q uintus an neceſſaria Sextus: an facilis ſit in acipiendo Septimus? an poſſibilis in faciẽdo. Octauus an alia lege ſatis caueatur id ꝙ in hac noua ſignificatur. Nonus: an hoc alio modo fieri poſſit: quod noua lege cõpræhẽdit. Decimus quo animo quis legem ferat. V ndecimus? quo animo quis contradicat. Duodecimus: coniectura qua querimus qua cauſa faſtum ſit uel fiat. Terciuſdecimꝰ: cũ querimꝰ τhνεκβασιν ideſt euenturum quid ſit futurum ſi lex fuerit probata uel ſi nõ fuerit accepta: His ſemper locis lex diuiditur & rogatio. nõ nunquam & locis ſcripti & uoluntatis aut diffinitiui ſtatus aut collectiui.

Iniectio qualitatum quod locis diuiditur? Sex a Summo ad imum. Fine incidẽti. Q ualitate communi. Cõparatione qualitatum Continentia. Coniectura uel Q ualitate.

Particula iuris quibus locis diuidit̃. hiſdem quibus cũ lex fert̃ uel rogatio: ſi quãdo ex æquo & bono petitio eſt Non nunquam & locis tranſlatiui ſtatus cum præſcriptione petitio ſummouetur. Aliquãdo ſcripti & uoluntatis eũ petio ex lege deſcendit. Q uod ſi nihil horꝝ fuerit hiſdem locis materia diuidetur quibus iniectio qualitatis:

Quantitas numeri quod locis diuiditur? quinq; Quãtitate. Fine. Continentia. Qualitate. Coniectura.

Cum cauſæ mortis uoluntariæ reddũtur quot locis: ſex Legis interpretatiõe. Ab initio ad finem. Definitione Tranſmotionei Coniectura uel uoluntate. Qualitate uel epilogica quæſtiõe τῆσ ἐκβάσεωσ: id eſt euentus

Diuinatio quot locis? quinq;. Rerum uel formularũ cõparatione. Continentia: ideſt cum quæritur an in alterius poſtulatione alterius quoq; poſtulatio contineatur. Temporis ratione: ideſt cum ſignificatur alterum priorem ad cauſam acceſſiſſe. Perſonarum comparatione: in quo ſpectamus uter uere uelit. & uter magis poſſit. Voluntate uel coniectura.

Qualitatum comparatio: id eſt perſonarum quot locis diuiditur? ſex. Comparatione honeſti utilis neceſſarii Continentia circunſtantia uoluntatis uel coniectura: cũ quærimus ſcire quid ſit futurũ ſi ita fuerit ꝓnũciatũ

Quantitatum compatatio quæ fit? in rebus. quot locis diuiditur quattuor. Ab initio ad finem. i. rerum geſtarũ comparatione continentia circunſtantia coniectura.

Quantitatum comparatio quæ fit in numeris quot locis diuiditur? quinq; Quantitatũ compatione. i. numeri finæ. Continentia. Coniectura. Qualitate.

Duarum comparatio qualitatum id eſt perſonarũ & rerum quot locis. fit? ſex. ab initio ad finẽ definitiõe duarum quantitatum. Comparatione. Continentia coniectura. qualitate.

Tranſlatiuus ſtatus quot locis diuidit? Octo· Propo-

ſitione ſcripti. Homonymia uel ſinonymia ẟductiōe generis ad ſpeciem. Fine incidendi. A ſūmo ad imum Tranſlatiua qualitate. Coniectura: Communi qualitate.

Coniectura ſcripti & uoluntatis quot locis diuidit᷑. nouem. propoſitione ſcripti. Deductione generis ad ſpeciem uoluntatis. Interpretatione. Antithetica quæſtione. Tranſlatiōe Tranſmotione. coniectura qualitate.

Voluntas legis quot modis conſyderat᷑? Tribus. Vno cum legis ſcripto apparet eam ſemp non poſſe ſeruari: ut qui parentes non aluerit uinciatur. Neque enim i fans aut debilis alere poſſunt. Altero cum ex uerbis legis intelligi poteſt aliud uoluiſſe latorem eiꝰ: ut qui nocte cum ferro deprehēſus fuerit uinciatur. Cum maſſa ferri inuentus eſt uir: uult magiſtratus eum alligare cædis: Apparet enim latorem legis de telo non de maſſa cauere uoluiſſe. Tertio cū exemplo multarum legum probamus præſentem quoque legem ita ſentire: ut nos defendimus. ſicut. M. Tullius fecit pro. M. tullio & pro. A. cecina.

Leges contrariæ quot modis diuidunt᷑? ſex. Interpraetatione. Scripto. Definitione. Interpretatione legum comparatiōe perſonarum. compatione qualitatum.

Leges quibus modis comparātur? Cū quærimus utra ſit antiquior: utra ad. Rempublicam pertineat. utra ad res publicas: utra ad deos: utra ſit honeſtior. iuſtior magis neceeſſaria; utra de ſpecie caueat; utar de genere.

Ambiguitas quot locis diuiditur:nouem:Propoſitione eius quod ex ſcripto dictoue excipim9 ad utilitatē noſtræ patris. Voluntate:fine comparatione.interpretatione·compatione perſonarum uel reꝝ:loci:æquitatis

Collectiuus ſtatus quot locis diuidit᷑·Octo.Collectione:Quantitate:Comperatiōe. Iuſto. cōiectura ī qua quo animo fecerit.Aut certe ubi dabimus quaſi epilogicam quæſtionē τησ ἐκβασεωσ.i. euent9 quid ſit futurū ſi ita fuerit ꝓnunciatum utili honeſto. Epilogica queſtione.in loco coniecturæ ſi eo baſis fuerit repta eodē modo collocabitur an eam differemus:ad epilogicam quæſtionemdifferemus.Nā hoc facit plerunque quod ſolet Epilogica quæſtio.

Definitio legalis quot locis diuiditur:Quidecim:Propoſitione ſcripti.Deductione generis ad ſpēm Fine incidenti.Collectione.quātitate.comparatione continētia.coniectura.Tranſlatione. tranſmotione Antithetica quæſtione:Iuſto:Vtili.Honeſto:Epilogica qōne.

## ¶ De partibus orationis

POſt diuiſam materiam quid conſideremus:Partes orationis.

Partes oratiōis quot ſunt:Quattuor:Principiū Narratio: Argumētatio Perroratio Sūt hæ ſolæ an ſunt & aliæ.Hæ κατα τοπλειστον id ē iuxta plurimum Nam & alias quidā tradiderunt. Quas:Proectesin proparaſceuen Διεξοδον id eſt exceſſū ηεοη partitionem propoſitionē υπεξαιρεσιν ανακεφαλεωσιν ſed & ipſam argumentatiōem noſtroꝝ argumē

torum quæ προηγουμενα id eſt p̄cedentia dicūtur: & reprehenſionem eorum quæ ab aduerſario proponuntur: quæ αναικεα græci uocant.

μέριϭμον

al. ἀντιλογίαν.

## De Exordio.

Quemadmodum optime principia ducemus Si officia eorū diligentius cōſiderauerimus: Quæ ſunt iſta. ut iudicem attentum faciamus & beniuolum & docilem.

In quibus hæc obſeruabimus. In figuris materiarum: quæ græci ſσχηματα appellant. Quot ſunt iſtæ? quinq3. ενδοξοσ. ideſt honeſta. αμφιδοξοσ. Amphidoxos. id eſt anceps. παραδοξοσ paradoxos, id eſt admirabilis. αδοξοσ. adoxos. ideſt humilis. Δυσ παρακολουθητοσ: Diſperacoluthetoſ: id ē obſcura.

In eudoxo qualem iudicem faciemus? beniuolum. Quid in amphidoxo? beniuolum: ſed ita ut ab eo. quod turpe eſt ad id quod honeſtum eſt eum auocemus. In paradoxo qualem? beniuolum per inſinuationem. Quid in adoxo? Attentum. Quid in diſparacolutheto? Docilem.

Figuræ cōtrouerſiæ. id eſt ſchema. quibus modis inuenitur? Perſona & Re.

Quid ē iſinuatio. Subdolū pricipiū quo occultius irrepimus in animum iudicis

Quo differt exordiū a pricipio & iſinuatiōe. ꝙ exordium genus eſt. Principiū & iſinuatio ſpēs ſunt eius.

Ergo pricipium ab iſinuatione quo differt. ꝙ principium ſimplex eſt, Inſinuatio autē ſubdola & occultior

Principia quod modis principalibus dicuntur? duobꝰ a perſona & a re. A perſona modis tribꝰ.aut a noſtra aut ab aduerſarii.aut iudicis.

Q uid a re:res multiformis eſt q̃ habet i ſe & ενῶσ'ιν & accidentia.

Q uid aliud in pricipiis obſeruabimus.uirtutes eoꝝ.

Virtus q̀bus partibus cõſtat: Q ualitate & quãtitate: In qualitate. Q uid obſeruabimus:ut & de re ſit.& ꝓ re.id eſt ut ea quæ nos adiuuant augeamus.& ut aduerſis occurramus: & ut materiã cõplectamur:& ut ita ab extremo principio ad narrationem deſcenſus ſubtiliter fiat:& ne ſint uitioſa principia.

PRincipioꝝ uicia quot ſunt:vii.quæ omni ſũt ratione uitãda. Q uæ ſunt:uulgare ſiue generale. Cõmune. Cõmutabile. Longũ. Separatũ. Tranſlatũ. Contra præcepta contrarium.

Prohemium contrarium an uitioſum eſt:Contrarium non tantum progemium eſſe non debet:uerum omnis pars orationis.

Sunt alia uicia prohemioꝝ:Sunt, quibus quidem non nunq̃ uti poſſumus:ſed certa cõpellente ratione ideſt cũ deſyderat cauſa. Q uæ ſunt iſta:Apologicõ. Gnomicon. Enthymematicon. Paradigmaticon. Schematiſmenon: Ametaphoreticon.

In quantitate autem obſeruandum eſt ne ſint aut nimium pauca aut nimium plura.

Q uando paucioribus utendum eſt principiis:quando inſinuatio non eſt neceſſaria.

Quando plurimis? quando inſinuatione fuerit utendum ita tamen ne nimium plura ſint. Cur ita? quoniam non ibi conſumenda oratio eſt.

Quando inſinuatione utemur? cum animum iudicis nobis infeſtum ſenſerimus. Quibus modis hoc itelligemus? Tribus. Aut.n.eſt in ipſa cauſa quædã turpitudo: aut ab iis qui ante dixerunt iam quiddã auditori pſuaſum uidet̃. Aut eo tẽpore locus dicendi datur cũ iudices iam deſfeſſi ſunt audiendo. Proecteſis.

Quid eſt Proecteſis? cũ ante narrationẽ aliquid cauſa docilitatis afferimus: ut fecit Cicero pro Roſcio.

Quid eſt proparaſceue? ſiue præparatio ſiue præſtructio. Procataſceue eſt qua nobis iudicem præparamus. Cum aut quædam nobis obſunt. & illis prius occurrendum eſt: ut fecit Cicero pro Oppio contra. M.cottæ auctoritatem. Aut cum quædam proſunt & ea debemus utiliter ſpargere: que nobis per totam actionem prodeſſe poſſint. ut fecit Cicero pro Deiotato rege. ubi oſtendit qua fiducia aduerſarii & quid opinantes dietarum reum ad Ceſarem deuocarunt.

## ¶ De narratione.

IN narratione quid primo uidendum ẽ: An ea uti debemus. Nam in pleriſque narrationem materia non recepit.

Quando non eſt narrandum? Cum aut cauſæ obſunt res gæſtæ: aut quãdo nihil proſunt aut cum totam narrationem conſumptura oratio eſt.

Si oberunt res geſtæ. quid faciemus? q̄ſtionibus erūt reſeruandæ: & per totā orationē cōcidēdæ ut ſtatī m ſingulis occurramus quot ipſum in narratiōe facere non poſſumus. Quod ſi quædam obſint & quædam proſint quæ profuerit narrabimus: quæ uero obſuerint ea quæſtionibus reſeruabimus.

Hoc genus narrationis quid uocatur? Conciſum.

Quando nihil prodeſt narratio? cū quemadmodum aduerſa pars narrauit: ita & nos narraturi ſumus.

Quando totam orationem narratio conſumit: cū res geſtæ uicem obtinent argumentoꝶ: uel eū cauſæ redduntur mortis uoluntariæ. Cū fertur lex uel rogatio. Cum diuinatio. Cū qualitatū uel q̄titatum comparatio eſt. In his enim res geſtæ approbant cauſam, Item cum coniecturaliter feciſſe nos negamus.

Conciſa etiam oratione tunc tantū utemur quādo quædam aduerſa ſunt nobis, immo & cum ſingulæ res geſtæ maximā inuidiam continent: aduerſariorū poſſumus orationē concidere: ut præpoſitis ſingulis rebus ſtatim exaggeratione utamur cur ita: ut indignationem iudicum non ſemel ſed ſæpius i rebus ſingulis excitemus, ſicuti fecit Marc⁹ Cato de re floriana.

Quando non loco ponitur narratio quando non in ea parte orationis collocatur ubi res poſtulat: & ſi q̄buſdam rebus grauioribus ante narrationē prius fuerit reſiſtendum ut fecit Cicero pro milone.

Quando non quemadmodum cauſa poſtulat narratur; Cum aut id quod aduerſario prodeſt dilucidæ &

ornate exponitur:aut id quod nos adiuuat obſcure dici tur & negligenter.

Narratio omnis qualis eſſe debet? breuis ut libentius audiatur.Manifeſta ut intelligatur uteriſimilis ut pro betur.

Narrationum quot ſunt genera? Quinque. Directum Conuerſum. Conuinces. Solutum. Comparatiuũ.

Quando quo utamur genere.Pro cauſæ qualitate.Nã cum aliquid approbandum eſt directo utemur & con uincenti.Quod eſt conuinces genus? quo ita utimur ut non tam iudicem doceamus quam aduerſarium re uincamus.ut Cicero.fuiſti igitur apud lecã illa nocte Catelina.Qui ſi aliquid improbandum fuerit? cõuer ſo utemur genere.Quando comparatiuo utemur? ſi cauſa rerum uel perſonarum deſyderauerit aliquã cõ parationem.Quid ſi cauſa hoc non exegerit? Solu to utemur.

Species narrationis quot ſunt? octo.Nã prima eſt Die geſis quæ narratio eſt pricipalis eſt & Antidiegeſis cũ aliquas res geſtas extra cauſã poſitas inducimus.qui iudicis animum ad id quod cauſa deſiderat confirma mus.Eſt & hypodiegeſis.quando queſtiõem narra tiuo modo approbamus.Et catadihegeſis cũ ſola nar ratione materia continetur:quæ in his cõtrouerſiis col locatur in quibus tota oratio narratiua ẽ.Eſt & epidi hegeſis cum latius in quæſtionibus uel ante epilogos exequimur eas res geſtas quas in narratiõe breuiter attingamus.

Eſt & diaſceue quæ res geſtas nõ tã docet q̃ exaggerat

Quando ea utemur? ſi quãdo uel pp inuidiam i aduerſam ꝑtem faciẽdam narrationem cõcidemus. Aut cũ ipſa res ita aſꝑa eſt:ut amplificãda potius ſit q̃ docẽda

Prohœmium mericon põt in aliqua naratiõe poni? poteſt:ſi aliquam relationẽ iudex eſt præparandus.

Apoſtrofas & proſopopeias in naratione poſſumus facere? poſſumus ſi aut elegantia ſe uarietatis obtulerit. Aut utilitas actionis exegert. Quid? & phoneſim poſſumus interponere? poſſumus ut:plerunq;. M. tulliuſ fecit:quas iimicitias ſi tã prohibere potuiſſet q̃ metuere ſolebat:uiueret. & omnia deniq; quæ in tota oratione ſuis locis ponũtur· Niſi ꝙ hoc differunt:q: i oratione ꝑpetuum & plenum ſibi uendicant locũ:ut exceſſus. Patritio. Epilogus. In narratione autẽ cum hec fiunt:ea breuiter attingamus.

Ante narrationem poteſt partitio induci:poteſt:quãdo ad inuidiam naratio fuerit concidenda. Aut ſi fuerit lõga narratio:ut ad docilitatẽ iudicem præparemus. Cathola narratio oĩs qualis eſſe debet? procataſceuos:id eſt ut habeat ĩ ſe quæſtionũ ſemina. Ea ſi ſit præſtructiua quemadmodum id facere poterimus? ſi ſeptem circumſtãtias diligentius uiderimus.

POſſumus aliquãdo omiſſis principiis a narratione incipere? Immo etiam neceſſe ẽ cum feſtinare iudicẽ ſenſerimus:ne utendo principiis magis eum offendamus:dum illi moram facimus ſed hæc in foro tantum. Quid in his ſcholaſticis de

clamationibus? minime. Non enim hic certi ſunt iudi ces: quorum animus perſpici poſſit maxime cũ ad au diendum ſint uoluntarii.

Quid in narratione nouiſſimo loco obſeruabimus: ut ibi narratiõem finiamus ubi eſt initium quæſtionum & ſubtiliter ad eas deſcenſum faciamus: ne queſtiões abrupte inchoemus. Poſt narratiõem ſemper induce mus exceſſum: quẽ Διεξοδον παρασκευην græci uocãt: ſi materia deſiderauerit: id eſt cum ea res eſt in narratione. quæ maximam in ſe cõtinet atrocitatem:

Cur non igitur inter partes oratiõis exceſſus collocatur quoniam non eo tantum poſt narrationem uti poſſi mus: ſed ubicuuq; rei atrrocitas poſtulat.

Exceſſus ubi ſumitur? ex ſeptẽ circũſtantiis. ſi nihil exa gerari poterit. Ante quæſtiões quid faciendũ eſt Ana neoſii utemur qua nobis ad argumẽtatiõem iudicem præparemus ad prohœmiorum modũ ut fecit Cice ro pro Quinto & pro Cecina.

Ananeoſis quomodo differt prohœmio: quod prohœ mium in quacunque orationis parre poni poteſt. Ana neoſis autem nõ niſi poſt narrationem ante queſtiões

Ananeoſis a proparaſceue quo differt. ꝙ proparaſceue ideſt præparatio. ipſam rem tractat qua iudex eõcilie tur. Ananeoſis autem ad rem audiẽdam iudicem præ parat, non ipſa re: ut proparaſceue:

## ¶ De Partitiõe.

P Artitione ſemper utemur: Nonne hoc nõ tã cauſæ q̃ oratoris eſſe uideatur:

Quando ea utemur:cum cauſa fuerit uel coiūcta uel longa uel obſcura.

Partitionis genera quot ſunt? Duo. Cum aut oſtendit: quid cum aduerſario cōueniat & quid in cōtrouerſia reliquatur. quid uocamus per ſe iunctionem. Aut cū eas res e qb9 erimus dicturi breuiter expōim9 ut eas animo teneat auditor: quod uocatur p enumerationē: In ea partitione qua quid cōueniat: & quid non conueniat oſtendimus: quid obſeruabim9? ut illud quod cōuenit ad utilitatem noſtram applicemus.

Quid in ea quæ rerum diſtributam continet expoſitionem quid obſeruabimus? ut in ea ſit breuitas: abſolutio: paucitas.

Quid aliud in partitione obſeruandum eſt: ne in multas partes partiamur. & ut ſic eam inducamus nō quaſi certi: ſed quaſi ita exiſtimantes: ut Cicero pro Sexto Roſcio. Tres ſunt res: de quibus me dicere arbitror oportere.

Quid aliud obſeruabimus: ut quod primo loco ꝓpoſuerimus primo exequamur. & ne ſtatim partem pricipalis partitiōis in partes alias diuidamus. ſed ſuo loco: cū eam exequi ceperim9. ut Cicero de impio Gn. Pompeii: Hoc qd uocamus. mericen digeſin.

Semper ordinē diſtributionis in partitione factum in ipſa excuſatione ſeruabimus? Non ſemper. Quādo. ergo ordinem non ſeruabimus. quādo nō ī multas ꝑtes oratio fuerit diſtributa. Nec enim metuendum eſt ne iudicem mixtus cauſæ ordo confundat.

Item cum id quod nobis aduerſum eſt nouiſſime poni mus in narratione:ne ad cætera iudex nos non admit tat. In executione aũt id primo ponimus: ut purga tionem ei iungamus:& ne ea quæ aduerſa ſunt hiis: proponamus:quod plerunqꝫ in mericedi egeſi fit.

Quid aliud obſeruabimus:ne poſt partitione inductã aliam partitionem iducamus principalé:ſed alicuius partis principalis. Et quidem eo loco:cum ad eam ue nerimus in ipſa executione:quãuis & principalẽ aliã partem poſt partitionem imductam iprincipalem no uiſſimo loco ad ferre poſſimus:uel ad eleganiiam ua rietatis uel cauſæ utilitaté:id eſt ſi in propoſitione ps aliqua inuidioſa fuerit:& proponi non debeat:& no uiſſimo loco collocanda ſit:ut a protetos impleatur: & ne abſtringi iudex ad plura uideatur.

Omnis partitio qualis eſt:aut noſtra: quæ & proegu menos diereſis dicit̃:aut aduerſarii:quæ αναγακια: diereſis nominatur. Aut communis: quæ micte pót dici:ut Cicero de rege alexandrino.

Propoſitio omnis:id eſt protaſis qualis ẽ:Aut ſimplex aut coniuncta. Coniuncta qualis eſt: Aut noſtrarum quæſtionum:aut aduerſarii:aut utriuſqꝫ.

Pricipales tm̃ q̃ſtiões iungi poſſunt an & incidentes.

## De confirmatione pariter & reprehenſione.

POſt partitionem quid conſyderabimus: Ar gumentationem.

Quod differt argumẽtatio ab argumẽtis; ꝙ argum̃ta

ea ſunt quibus cauſa probatur. Argumentatio uero elocutio:qua argumenta ipſa uerbis explicantur.

Argumentationem in quot partes.M.tul.diuiſit? in duas.Confirmationem & repræhenſionem.

Quot ſunt genera Argumētorum:duo. Artificiale & inartificiale.

Artificiale quot locis principalibus tractatur:quattuor Ante rem.In re.Circa rem. poſt rem.

Ante rem quot loci ſunt:ſeptem.A perſona.A re.A cauſa.A tempore.A loco:A modo.A materia de quibus plene in circunſtantiis diximus.

In re quot loci ſunt:duodecim.A toto.A parte.A genere.ab ſpecie a differentia per ſeptem circunſtantias: qui locus recipit in ſe etiam a maiore ad minus a minore ad maius a proprio a definitione a nomine multiplici appellatione ab initio a progreſſione uel profectu a perfectione uel conſumatione.

Circa rem quot loci ſunt:decem a ſimili cuius ſpecies ſunt quinq̧.Exemplū. Similitudo. Fabula. Imago: Veriſimile quod de cœmedia ſumitur.Addunt quidam & apologos ut ſunt æſopi fabulæ:

Qui ſūt alii circa rē loci:Diſſimilia.Paria. Contraria p̧ poſitionē & negationē αποτρύσ τι ideſt ut aliquid quod figurat̃ caſibus quattuor q̧bus colligimus cōiūcta & copulata ideſt genitiuo datiuo actō ablatiuo Ab inter ſe collidentibus p̧ abitionem & amiſſionem ideſt εξιν & στερησιν.A maior̃ ad minus.A miore ad maius:A p̄cedenti ab eo quod ſimul ē uel a cōiun-

ctis uel a conſequentibus.

Poſt rem quot loci ſunt? duo. Ab euentu: & a iudicato. A iudicato quibus locis argumentamur? Cum aut omnium hominũ iudicio nitimur: aut plurium: Aut optimorum. Aut eminentium ex his: aut eorum qui i unaquaq; arte & ſcientia uerſati ſunt eſt iudicatũ & religioſum quod ad deos pertinet.

Hi ſoli ſunt loci argumentorum an & alii? Sũt & alii quos apud alios atq; alios auctores artiũ inuenimus αποτωη πασωμ και συμθετωμ .i. a cõiunctiõe ſiue cõiugatis: qd quaſi iunctũ eſt perſonæ qualitati. Vt ſi eũ qui hoſtilia ſentiat hoſtẽ iudicandum eſſe dicam9 ut eũ qui inimica conſilia ſuadet inimicũ exiſtimam9.

Qui ſunt alii loci? A qualitate: ut ſi iracunde fecit: ſine rõne fecit. Et a quãtitate ut ſi ſeruis eodẽ modo factũ eſt. Et a cõiunctis ideſt αποτησ Διαιρεσεωσ ut faſces lictores toga p̃texta ſella curulis. Imperia prouinciæ magr̃atuũ ornamenta ſunt. Itẽ a partitione .i. αποτησ συξυγιασ per omnes circunſtantias cum partimur aut p pſonas aut per tempora. Aut cætera.

His omnibus locis accuſator tantum uitur? utiq; & reus. In cõiecturali tantũmodo ſtatu immo in omnibus quæ in his argumentorũ locis obſeruabimus ut uarie his utamur in ſingulis ſtatibus.

IN artificialia argumẽta i q̃s ptes diuidunt? In p̃iudicia. Rumores. In tormẽta. In tabulas. In iuſiurandum. In teſtes.

Hæc queãdmodũ tractabim9: queãdmo-

dū &artificialia tractātur. qm̄ ex his locis oīa approbantur. In argumentis quæ cauenda ſunt? Ne in aliq̄ parte nobis noceāt: ne inter ſe diſcrepent: ne uulgaria ſint: ne cum aduerſario communia ſint. ne arte pettita aut ſupra dignitatem cauſæ: Aut infra dignitatem.

Ab aduerſario propoſita argumenta quemadmodū reprehendimus? Aut redarguendo. cum aut totum aut partem eius contra facere mōſtrabim9: aut repugnādo cum docemus falſa ſumpta eſſe pro ueris. uel ſi ex his quæ ſumpta ſūt non effici eiuſmodi cōcluſionem docemus. Aut compenſando ſi contra argumentum quod aduerſum nos eſt aliud opponamus.

SPecies queſtionum quod ſunt? octo. generalis. ſpecialis. pricipalis. icidens. uolūtaria: quā proegumenō uocamus. Neceſſaria quā ανανκαιαν dicimus. Accidens errartica ſiue thetica.

Omnis quæſtio qualis eſt? Aut προηγουμενοσ q̄ a nobis inducitur ut cōfirmetur. Aut in anācæa quæ ab aduerſariis ut refellatur.

Noſtræ quæſtiones quot modis principalibus inducūtur? duobus. aut ſingulæ ſeparatim aut pluures coniunctum.

In quæſtiōibus inducendis quid obſeruandū ē? ut eas uarie inducamus. Aut per ſimplicē propoſitionē. Aut per præparationē. Aut per figuras dianæas. qui locus multiſformis eſt. Nā pene tot ſunt ocaſiones inducēdi quæſtiones in hoc genere quot ſunt figuræ ſententiarum: Aut per ſolutionē ideſt κατα διαλυσιν. Aut p

adiectionem ideſt αφοριϲμον. Aut p admonitionē Aut per diſſimulatā propoſitionē.aut per iſtructam propoſitionē. Aut per partitam. Aut per ſimilitudinē ſuperioris quæſtionis. Aut per ſimilitudinem ſuperioris reſponſionis. Aut per inuerſionem id eſt cum primo eam quæſtionem tractamus quæ ſecunda eſt de hinc primam.

Quibus modis hypophoras inducimus? Iiſdem fere quibus & noſtra prohegumena. Non ſunt alii modi in anthypophoris inducendi? ſunt: Aut cum obſcure ponitur. Aut cum aduerſariis aliqd agendi cauſa potius dixit quā probandi. Aut cum p hypophoram gradum faciamus noſtræ propoſitiōis: Aut cū aduerſarii propoſitionem in noſtram partem conuertimus quam periſtrophen uocamus. Aut cum ſecunda propoſita queſtione primam tractamus.

Hoc quando faciemus? uel cum elegātiam uarietatis affectamus. uel cum prima quæſtio contra nos ualde facit & non eſt in primo loco ponenda:

Hypophoras ſemper inducimus: non ſemper. Nam elegans ratio eſt eam aliquando diſſimulare; attamen ita reſpondere. quaſi eam non ſubtraxerimus:

Poſſumus poſt reſponſionem hypophoran inducere poſſumus quando inuidioſa propoſitio eſt & fortior reſponſio: ut in diuinatione uerrinarum.

In hypophoris quæ cauenda ſunt: ne plene & copioſe ponantur: quod tamen aliquando facimus duabus ex cauſis; Aut irridendi aduerſarii gratia ſi hoc

augeat de quo nulla q̃ſtio ẽ ut ꝓ Cornelio maieſtatis: aut ſi diſcrepãs aliq̃d oñdat̃: ut de rege alexãdrio:

Quot modis imminuimus hypophoras? Tribus. Adiectione uerboꝝ Immutatione. Detractione.

Quo differt hypophora ab ãtiphora? hypophora eſt intentio aduerſæ partis, anthyphora reſponſio eius.

Quid eſt argumentatio? Oratio ipſa qua exequimur argumentum quod probamus.

Quot ſunt genera argumentationũ? Duo. per Inductionem quam επαγωγην uocãt. & per Ratiocinationem quam enthymema appellant.

Quid eſt inductio: quæ de rebus non dubiis captat aſſenſionem eius cum quo inſtituta eſt:

In hoc genere quid obſeruandũ ẽ? ut illud quod inducimus ꝑ ſimilitudinẽ eiuſmodi ſit ut ab: aduerſario neceſſe ſit concedi: & ne intelligat quo ſpectent illæ primæ inductiões. Cur ita: quoniã aut inductiõi noſtræ non reſpondebit: aut male reſpondendo lõgius interrogationẽ procedere non ſinet. & tamen hoc extremum eſt ut aut taceat aut concedat Aut neget.

Si negauerit quid faciemus: oſtendenda eſt ſimilitudo earum rerum quæ ante ſunt conceſſæ:

Quid ſi concedet: Cõcludẽda Argumẽtatio ẽ. Quid ſi tacebit: Aut eliciẽda rñſio ẽ: aut qm̃ taciturnitas imitat̃ cõfeſſionẽ ꝓ eo ac ſi cõceſſum ſit cõcludemus.

Quid Ratiocinatio: qua aliquid appprobamus: quod græci enthymema uocant.

Quid differunt a ſe Syllogiſmus philoſophorũ & en-

thymema Rhetorũ. Syllogiſmus habet alte proba-
tionem. Enthymema ex proximo. Et quot: Syllogyſ-
mus eſt plenus omnibus partibus probatiõis: Enthy-
mema non omnibus.

Quæ ſunt partes probationis: Propoſitio. Executio
eius concluſio.

Quid eſt epicherema: Executio ſiue approbatio pro-
poſitionis aut aſſumptionis.

In epicheremate poſſumus inducere locos cõmunes:
& exempla & proſopopœias: poſſumus. Eſt enim
epicherema latiet executio.

Quot ſunt genera enthymematum: quinq;. Electicon
gnomicon: dicticon. paradigmaticon. ſyllogiſticon
poteſt una argumentatio duobus enthymematum
generibus fieri poteſt.

In epagoge enthymemate quid obſeruandum eſt: ut
uarie his utamur: & ea commiſceamus: ita tamen ut
enthymemate frequentius utamur.

Quid in ipſis enthymematibus obſeruandum eſt. ut
his uarie utamur tum elencticis: tum dicticis & cæte-
ris ꝓ qualitate generum dicendi & cauſaꝝ: & ſtatuũ
& perſonarum tam agentium q̄ iudicantium.

Ex ergaſia: id eſt elocutio enthymematum qualis eſſe
debetur: uaria nec ſemper breuis: quam brachyenthi
mema uocamus: id eſt correptum. Nec ſemper lata
quam pro ſenthymema dicimus: id eſt longum.

In omni argumentatione: id eſt i omnibus quæſtioni-
bus quid obſeruandum eſt: Non tãtum ut uarie eas

inducamus:uerũ etiã ut ſibi inuicem cohæreãt:& ſint cõcatenatæ:ne interuulſa & conciſa uideatᷣ oratio.

Nouiſſima q̃ſtio q̃lis eſſe debet:quæ aut deſcẽſum nobis ſubtilẽ faciat ad epilogos:aut q̃ ipſa ſit epilogica.

Epilogica quæſtio ſemper cõmunis eſt utriuſq; partis an non:non. Quoniam ad effectum magis pertinet q̃ ad pugnam:& non eundem iudicis affectum ſemper pars utraque deſyderat.

Ethypexæreſin dixeras a quibuſdam additam inter partes orationis quæ iſta eſt:Cũ aliquid in actiõe ſubtrahimus quod tunc faciemus non utiq; cum contrariæ nobis res geſtæ fuerint quas aduerſarius proponit. Cæterũ tum reſiſtendæ ſunt:ſed cum id nobis ꝑiculoſum eſt quod nec aduerſarius proponet uel ignorãtia uel periculo cõmuni tum ſubtrahimus. nec nos mouere debet:ſi tacemus quæſtionem quam nec aduerſarius opponit nec iudices ſciunt:ut ĩ illa materia in qua nouerca a piratis retẽta ẽ quæ duplã his pecuniam obtulerit ut priuignũ crucifigerent. Hic enim debet filius in actione ſubtrahere q; nouerca duplã pecuniam obtulit:& q; a piratis retenta eſt ut a patre redimatur. Neque id timendum eſt præterire: cum pater non proponat quod ignorat.

Anacephalæoſis pˢ ẽ orõnis:Immo pars Epilogorum.

Quot partes ſunt epilogorum: Tres. Enumeratio:id eſt Anacephalæoſis. Indignatio:id eſt Dinoſis. Miſeratio:id eſt tectos ſiue eleos.

In Anacephalæoſi q̃d obſeruabimus:ut eam uarie in-

ducamus. Quãdo ea utemur? quãdo aut partitiõem facimus. Aut quando in multas quæſtiones cauſa ꝓceſſit. In hac quidem obſeruãdum eſt ut ſumma quæque repetamus & nonpartes partium retexamus.

Hac poſſumus uti & in alia parte orationis? Poſſumus ubicunq; iudicis memoria retinenda eſt, qd Epimeriſmon uocamus.

Indignatio ideſt dinoſis unde ſumitur Ex locis argumẽtoꝝ. Nã his non tantũ probamus: ueꝝ etiã augemus.

Conqueſtio id eſt miſeratio quib9 modis ſumitur. quibus & indignatio ex locis argumentorum.

Peroratione in fine tantum oratiõis utemur: Immo ubicunq; materia permiſerit: & plerũq; in digreſſione principiorum aut naratiõis: ſed & quæſtionũ nõnunquã.

Quid catholu: in epilogis ſeruãdum eſt: ut breues ſint quoniam iudex commotus: ſtatim dimittendum eſt ad ſententiam ferendam: cum aduerſario iraſcitur: & in noſtram miſericordiam prouocatus eſt lachrymis. & commotus ſtatim debet ferre ſententiam dum pro nobis mouetur.

Conſulti Chirii Fortunatiani artis rhetoricæ Scholicæ liber Secudus Explicit. Incipit. iii. L. F. L.

## De Diſpoſitione.

ab autumno. Cato ait autumnitatem: & a perpetiendo Cicero perpeſſionem.

Exercitatio uerbis quid præſtat? ꝙ non quidē generat uerba. ſed alit ac tuetur.

Q uæ igitur ſūma ē exercitatiōis. i. ꝙ partib9 conſtat? quattuor. Q uibus? ut græca in latinum cō-uertas: ut difficilia ſcribas μεταφράσιν facias. ut ex tempore aſſidue dicas. hoc de uerborum copia.

b Onitas quemadmodum comparatur? ut ma la uitemus: & optima appetamus.

Q uæ ſunt mala? uulgaria. obſoleta. aliena gē tilia. obſcura.

Bona quæ ſunt que appetenda eſſe dicis? Splēdida antiqua. proprie tranſlata.

Vu lgaria ergo quæ ſunt? quibus utitur uulgus. i. idocti ſine ratiōe atq; lectione. Nā ſunt quædā uerba que quamuis obſoleta ſint illis melius expediatur oratio ut M. Tul & feracum & ſicem & ſcalas. dicere non turpe duxit.

Aliena nerba quæ ſunt? quæ non ſunt oratori accōmodata ſed hyſtorico aut poetæ: ut ſi genitorem & genitricem & gnatum dicamus & ſatorem & altricem.

Gentilia uerba quæ ſunt. quæ propria ſunt quarumdā gentium. ſic Hiſpanai non cubitum uocant. ſed græco noie ancona: & galli facūdos pro facetis: & Romani uernacula pluria: & neutra multa maſculino gñere potius enutiāt: ut hunc theatrum & hunc prodigium.

Obſcura quæſunt: quæ nimis priſca ſūt & a paucis eru-

ditiſſimis intelliguntur.

QVæ ſunt uerba ſplendida:quæ natura ſua nitida ſunt:quæ copulata facilius claritatẽ ſuã oſtendunt:ut quadriremigem quam in ſalo fluctuantem reliquit.

Hæc magnificentia atq; magnitudo ẽ oibus locis accõmodata:nõ omnibus. Cur ita:quoniã ſunt quædam partes cauſæ perpetuæ quæ uerba humilia deſyderent.ut latet in ſcalis tenebroſis cominus.Nã aliquando res atroces humilibus uerbis,inuidiam ſuã præferunt.ut multos ciues romanos uirgis concidit.& pro cluentio.poſt noctem mortuus & poſtridie anteq̃ luceſceret conbuſtus eſt.non ait concrematus.

Verba ſemper longiora eſſe debent: non utique ſemper.Nam aliquando & breuia ſunt & ſplendida.nam longioribus uerbis decora & latior fit oratio uerum non ſemper id affectandum eſt.Verba enim frequẽtius ponenda ſunt longiora in fine elocutionis.ut ipſe me cauſam campus pene docuit Leontius.quid cũ ſententiam torquemus:uerbis breuioribus finiemus ut quod in tempore mali fuit obſit:& quod in cauſa boni fuit proſit.

IN ſingulis obſeruabo : ut naturam eorum cõſyderes.Sunt enim quædam ſono litterarum aut leuia aut grauia aut ſplendida & plena alia cõtra dura leuia ſordida exilia de quibus facilius auribus iudicari q̃ oratione poteſt tradi.

A qua i ſyllaba magis incipiẽdũ eſt: A lõga:nã uitãdæ

ab autumno. Cato ait autumnitatem: & a perpetiendo Cicero perpeſſionem.

EXercitatio uerbis quid præſtat? ꝙ non quidē generat uerba. ſed alit ac tuetur.

Quæ igitur ſūma ē exercitatiōis. i. ꝙ partibꝰ conſtat? quattuor. Quibus? ut græca in latinum cōuertas: ut difficilia ſcribas μεταφράσιν facias. ut ex tempore aſſidue dicas. hoc de uerborum copia.

b Onitas quemadmodum comparatur? ut mala uitemus: & optima appetamus.

Quæ ſunt mala? uulgaria. obſoleta. aliena gētilia. obſcura.

Bona quæ ſunt que appetenda eſſe dicis? Splēdida antiqua. proprie tranſlata.

Vulgaria ergo quæ ſunt? quibus utitur uulgus. i. idocti ſine ratiōe atqȝ lectione. Nā ſunt quædā uerba que quamuis obſoleta ſint illis melius expediatur oratio ut M. Tul & feracum & ſicem & ſcalas. dicere non turpe duxit.

Aliena nerba quæ ſunt? quæ non ſunt oratori accōmodata ſed hyſtorico aut poetæ: ut ſi genitorem & genitricem & gnatum dicamus & ſatorem & altricem.

Gentilia uerba quæ ſunt. quæ propria ſunt quarundā gentium. ſic Hiſpanai non cubitum uocant. ſed græco noīe ancona: & galli facūdos profacetis: & Romani uernacula pluria: & neutra multa maſculino gñere potius enutiāt: ut hunc theatrum & hunc prodigium.

Obſcura quæ ſunt: quæ nimis priſca ſūt & a paucis eru-

ditiſſimis intelliguntur.

QVæ ſunt uerba ſplendida:quæ natura ſua nitida ſunt:quæ copulata facilius claritatē ſuā oſtendunt:ut quadriremigem quam in ſalo fluctuantem reliquit.

Hæc magnificentia atq; magnitudo ē oībus locis accōmodata:nō omnibus: Cur ita:quoniā ſunt quædam partes cauſæ perpetuæ quæ uerba humilia deſyderent.ut latet in ſcalis tenebroſis cominus.Nā aliquando res atroces humilibus uerbis inuidiam ſuā præferunt.ut multos ciues romanos uirgis concidit.& pro cluentio.poſt noctem mortuus & poſtridie anteq̄ luceſceret conbuſtus eſt.non ait concrematus.

Verba ſemper longiora eſſe debent: non utique ſemper.Nam aliquando & breuia ſunt & ſplendida.nam longioribus uerbis decora & latior fit oratio uerum non ſemper id affectandum eſt.Verba enim frequētius ponenda ſunt longiora in fine elocutionis.ut ipſe me cauſam campus pene docuit Leontius.quid cū ſententiam torquemus:uerbis breuioribus finiemus ut quod in tempore mali fuit obſit:& quod in cauſa boni fuit proſit.

IN ſingulis obſeruabo: ut naturam eorum cōſyderes.Sunt enim quædam ſono litterarum aut leuia aut grauia aut ſplendida & plena alia cōtra dura leuia ſordida exilia de quibus facilius auribus iudicari q̄ oratione poteſt tradi.

A qua i ſyllaba magis incipiēdū eſt: A lōga:nā uitādæ

ſunt plures breues & plura monoſyllaba

Quid hic aliud obſeruabimus? quæ uerba magis ſonātia ſint: ea potius collocem⁹ quæ lucilius euphonia appellat. id eſt uocalia: ut procelio aliud fori lumen ē aliud lychnorum: cum potuiſſet etiā ſtructius dicerē etiam lucernarum

Antiqua uerba quæ maxime affectabo? quæ non adeo ſunt abolita: ut ſūt in. xii. tabulis & ſaliari carmīe? Nā hæc ſupra docui eē uitāda propter obſcuritatem.

Propria uerba quæ partes oratiōis magis deſiderāt pricipia & narrationes.

Quid graues ornatæq; ſentētiæ & ſublimes orationes loci? Nam plerunq; propriis uerbis pulchre & grauiter explicantur: qualia ſunt uehebantur in eſſedo & lictores laureati antecedebant & cætera.

IN elocutiōe proprietas tātum uerborum captāda eſt an & ſignificatiōis? Ita ut ſi dictatorem dictum dicas. Flamiem proditū. Veſtæ uirginem captam.

Tranſlationē uerboꝝ quot ex cauſis utimur? quattuor. Quibus? neceſſitatis. decoris. breuitatis intētiōis. Etiam illa inter tranſlationes ponimus. quæ nō uerbis ſed noibus tranſlati immutentur: ut quum Atratinus Celum pulchellum: Iaſonem appellat. & Cicero Clodiam palatinam Medeam.

INtranſlatione quid obſeruādum ē? ut nō leuige ſumatur. Si qñ licentius uerbum aliqđ trāſferemus. Ne oio præceps abruptūq; uideat̄

quēadmodu n id ponem⁹? aliquo uerecundiori adminiculo fulciemus:ut inſeram⁹: pene aut quodāmodo aut prope dixerim:aut auſim dicere & cætera talia.

Q uid aliud obſeruabimus? ut obſcuritatē uitēus.quā creat multitudo & continuatio trāſlationum. Cur ita quoniā auditor propria intelligit:de trāſlatis ſuſpicatur. Simul & trāſlatū uerbum:ſi infrequentius poſitū fuerit & heſitatius dices īſignius factū ac notabile.

QVæ alia in elocutione obſeruanda ſunt? Vt uerba ſint latina aperta ornata

Latina quemadmodum? Duplici modo tam ſingula q̃ copulata.

In ſingulis quid obſeruabimus? ne ſine ratiōe ſint poſita eorum quæ agrammaticis ī promptu arte traduntur aut ſine auctoritate. aut ſine le uitate.

Q uid in copulatis? ne inſequenter ac perturbate proferantur uel generibus uel caſibuis uel perſonis:

Aperta quemadmodū erit elocutio? ſi utemur uerbis propriis uſitatis:ſicut in nummis:ut dixi publica mōeta ſignatis. Itē ſi abſtineamus ab ambiguitate frequētia tranſlationum .uel alte petitis tranſlationib⁹:uel lōgius tractis. uel nimis amputatis:& fere quæ de lucida oratione præcepta ſunt;

Ornata elocutio quem admodū fit? ex rebus ipſis & locis cōmunibus & generalib⁹ egreſſionibus & ſñiis ppetualibus & illuſtribus exēplis & colatiōib⁹ & imaginibus & ſynonymis & allocutionibus

IN elocutiōe id q̄d aptū ē q̄uo ſeruabimus:ſi re

rum qualitatem conſideremus. Item perpetuæ oratio-
nis partium quæq; eius perſonarũ tempoꝶ.

In reꝶ qualitate qd ꝓuidendũ ẽ: utrũ parua res agatur an magna priuata an publica ut ita ad gẽus elocutiõis ac cõmodemus tenue puis moderatu mediocribus

Vot ſunt genera pricipa ( ſublie magnis. lia orationis: id ẽ characteꝶ elocutiõis. Tria: ποσοτητος ποιοτητος πελυκοτητος: uel τιλικότηρος ποσοτητος. quot ſunt genera Tria: αδρον: id ẽ ãplũ ſiue ſublime ισχνον: id ẽ tenue uel ſubtile: Meſõ id ẽ mediocre ſiue moderatũ.

Adron uniforme ẽ: nõ: Nã eſt aut adro: aut quod ẽ cõtrariũ tumidũ & iflatũ. ισχνον uniforme ẽ. Nõ. Nã aut eſt ſeuerius: aut floridius. Iſchno: quod ẽ cõtrariũ aridum ac ſiccũ. μεσω: quod eſt cõtrariũ: tepidum ac diſſolutũ id eſt uelut enerue. ποιοτητος quot ſunt genera: tria. δραγματικον δικριματικον: μικτον. Sunt & alia ποιοτητος genera: ſũt quæ uocari poſſunt publica ſiue communia.

Quæ ſunt iſta: μακρον: id eſt longũ βραχυ breue: μεσον: id eſt medium.

Cur hæc genera publica appellas: quia omnibus ſuperioribus ſeruunt.

πελυκοτητος quot ſunt genera: Tria: μακρον βραχημεσον.

IN oratione perpetua aptum quibus obſeruabimus modis: in duobus: aut in tota elocutione: aut in partibus.

Elocutióis ſpecies quo . ſunt.duæ ſingulorum uerborũ & coniunctorum.

Singulo℞ quæ rõ eſt.ut ſplendida ſint nõ dura antiqua nõ abolita propria ad exprimẽdũ trãſlata nõ improba

Coiũcta uerba quemadmodum fiũt.figuris id ẽ ſchematibus & compoſitione.

Enera figuraurum quod ſunt.tria.Lexeos.
g λογού Διασνοιασ.

Quæ eorum differẽtia eſt ꝙ lexeos i ſingulis uerbis fiunt:& nuda genu:qua in uno nomie poſſumus dicerẽ λογου uero i elocutióis cõpoſitióe ꝗ pluri bꝰ mõis fiũt:ut πολυπτυτοσ αμπαεαροφαα ητρο quibus etiam ſiue elocutionẽ mutaueris:aut uerbo℞ ordinem inuerteris:eædem tamen figuræ præmaneat

Verum utraque lexeos & λογου non ita.

OPera figurarum quot ſunt.quiꝙ: ut augeas: ut abiicias ut probꝰ exiſtimeris:ut imparatus ut ornes elocutionem.

Quid eſt compoſitio.quam ſtructuram uocamus.

Queæ ſunt principales eius ſpẽs:Cæſum.id eſt cõma.

Membrum ideſt colon.Circuius ideſt periodos

Structuræ q̃litas triptita ẽ.Aut.n.rotuuda ẽ.i.uolubilis

Aut plana.i.ꝑcurrens aut grauis.i.ſtabilis ac reſiſtens.

His uitia quæ opponũtur reſiſtẽtia.aſpa & cõfragoſa procurrentia:fluxa uolubilia cõtorta & nimis rotata

Quot modis ſtruimus quattuor.Quibus.conuerſione uerborum adiectione:detractione: immutatione.

QVæ ĩ ſtructura obſeruãda ſunt: ut frequẽtior ſit rotunda quã plana. Ne hiulca ſit uocaliũ & maxĩe longaꝝ crebra cõcurſiõe. Ne aſpera duarum conſonantiũ conflictu. Ne monoſyllaba una plura iungant̃. Ne breuia multa continuent̃. ne longa multa. ne ultima ſyllaba prioris uerbi eadẽ ſit quæ prima poſterioris: ne prima & ultima efficiãt obſcœnitatẽ ne multis exilibus uerbis aut ſyllabis uaſtis deformetur oratio: ne plures genitiui plurales iungantur.

QVando utimur ſtructura graui: cũ aut indignatio eſt aliqua aut nimia miſeratio.

Qui ordo ẽ cõpoſitionis: ut ante ponamus genera quã ſpecies: Cõmunia quam propria. Remota quam proxima leuiora uerba ut non nimis longe differamus: ut uerbis plærunque in concluſione quam nominibus utamur niſi melius cadant nomina & maiorẽ uim habeant nouiſſime collocata. Item ut caueamus ne ordo faciat ambiguitatem.

QVid aliud in ſtructura obſeruãdũ eſt: ne ſtudium operis appareat ne ceſſantẽ orationem uerbis mãibus cõpleamus ne numeroſa ſint omnia ne diſſoluta ne eodẽ mõ ſtructuræ ſæpe utamur

IN ſingulis generibus dicendi qua ſtructura frequentius utendum eſt: In demoſtratiuo ſi laudatio ſit rotunda & plana: ſi uituperatio ſit rotunda & graui. in deliberatiuo plana & graui. In iudiciali rotunda.

Vid ĩ generibꝰ oratiõis: In tenui plana In medio

cri rotunda & plana. In amplo rotũda & graui.

QVid in partibus orationibus? In principiis rotunda & graui.

In narratione rotunda & plana. In exceſſu rotunda & graui.

In partitione rotunda & plana per orationẽ omnem.

Quid in generibus argumentatiõis? επαγωγη: ideſt inductione plana & graui.

In enthymemate ideſt ratiocinatione uarie prout genus enthymematis fuerit.

In elenctico rotũda. in dictico plana. In gnomico graui

In paradigmatico graui & plana. In ſyllogiſtico totũ

Quæ agentium perſonæ qua ſtructura frequẽ (datius uti debent? orator eſt omnibus pater. Senex ruſticus. Imperator & quæcũq; eſt grauis perſona plana & graui: Iuuenis miles & quæcunq; eſt colorata perſona rotunda & graui.

## De Memoria.

MEmoria qualis eſt? Naturalis & Artificialis quæ in ſe ita mixtæ ſunt ut naturalis arte ſeruanda ſit. Artificioſa iuuãda ſit natura. Cur ita: quoniam utraque ſine altera leuis eſt.

In omni memoria quod obſeruandum eſt: ut non tantum ea contineamus: uerum etiam cito precipiamus ſcripta ſola: immo & cogitata.

Et quæ ſunt ab aduerſa parte dicta ſemper eo quo dicta ſunt ordine reponemus: non ſemper ſed opportunis locis diſponere debemus.

In memoria quid plurimũ ualet: mentis ĩtentio ꝗ eaq̃ dicimus quaſi uideamus. Siquidẽ dum alia dicimus alia quæ dicturi ſumus ꝓuideamus. Artẽ memoriæ quis primus oſtenditur? Simonides. Ex Simõidis facto de cõuiuio quid adſumimus? iuuari memoriã ſignatis animo ſedibus. Tunc ad ſcripta uel cogitata aliquid agni ad eius ſimilitudinem collocamus.

Hac exercitatione qui utebatur: Craneades: & Scepphus & Metrodorus.

Quæ melior & ſimplicior mẽoriæ rõ ẽ? ut ſi lõgior fuerit orõ p partes diſcat. Cur ita? quoniã dandi ſunt q̃dam termini ad contextũ uerboꝝ. qui eſt difficillimus cõtinua & crebra meditatio: ptes deĩde ſeipſas repetitus ordo cõiungat: & his quæ difficilius hæſerint: aliquas opponemus notas: & eas ſæpe repetamus: & hiſdem cæris ediſcamus quibus ſcripſimus.

Quemadmodũ ediſcendũ eſt: uoce modica & magis murmure ita ut ſæpe nos tentemus an teneamur.

Quid uel maxime memoriam adiuuat: diuiſio & compoſitio. nam memoriam uehementer ordo ſeruat ſicut accepimus de Simonidis conuiuio.

Quæ ẽ maxĩa pars mẽoriæ: Exercitatio & labor.

Quemadmodũ hanc exercebimus. primo poematibꝰ dehinc orationibus: nouiſſime operibus durioribus ſcripta ſunt iuris qualia.

Cur ea quæ noctu meditamur: facilius ac firmius tenemus. quoniã nuſq̃ auocatur intentio: & poſt iſtã cogitationẽ uel lectionẽ nihil amplius aĩo cogitamꝰ. & ſta

tim capimus quietẽ ac ſemp ad uerbũ ediſcendum ẽ: ſi tempus permiſſerit. Sin minus res ipſas tenebimus de hinc his uerba de tempore accommodabimus.

Quid aliud in hac obſeruabimus? ne conſueſcamus nobis ignoſcere: nam & admonerit: & cum dicas ad librum reſpicere uitioſum eſt.

Si natura memoria durior fuerit: aut nõ ſuffragabitur tempus quid faciem non te ad omnia uerba alligabis. Nam obliuio unius uerbi aut deformem hæſitationẽ habet: aut etiam ſilentium indicit.

## ¶ De pronunciatione.

PRonunciatione quid Tullius uocat? actionẽ. Ea quid præſtat. ut cõciliemus perſuadeamus moueamus.

His generaliter & naturaliter quid accidit? delectatio.

Pronutiatio qbus modis conſtat, uoce uultu geſtu.

His quid accidit. cultus ſine habitus.

Vox quibus conſtat. natura & ſcientia.

In natura uocis quid obſeruabo qualẽ uocẽ habes.

Ea quibus conſtat. quantitate & qualitate. In uocis ſcientia quid obſeruabo. quom mea utaris.

Bonitas uocis quibus conſtat. claritate firmitate ſuauitate ueneris continetia. Claram quæ res efficit. Anaphoneſis. Quid firmam quid ſuauem obſeruantia cibi & potus & ueneris continentia

Hæc omnia quæ res præſtat. natura quæ augetur diligentia. Quæ eſt diligentia & cura uocis. triplex alendi

eam cuſtodiendi reſtituendi.

Vox quomodo alitur? ſi a lectulo ſtatim corpus deambulando moueamus intra mille paſſus: qa ſi quid adhuc inſidet indigeſtum parua exercitatione deducit. nam nimia extenuat & fatigat.

Poſt ambulationem quid faciendum eſt? ſtatim ad ſtudia nos conferamus: & priuſq̃ ſcribere incipiamus ut animus legendo caleſcat. Legemus aliquit tacite uel cumtenui murmure. tunc deinde ſcribemus: ſed non clara uoce ut quidam:

Poſt illud quid faciendum eſt? ad curam uocis nos trãſferemus. Quæ eſt hæc? ut ſedentes uerſ9 paucos pronunciemus.

Quæ ratio eſt elocutionis ea eſt & pronuciationis? ea Cur ita? quoniam ut elocutio emendata eſſe debet: dilucida ornata apta. ita & pronutiatio: Quomodo erit emendata. ſi uicio careat. Quid dilucida: ut ſonu uocis medius ſit: nec grauiſſimus nec acutiſſimus.

Quid ornata? ur ſit uirilis. Quid apta? ut monophoniam uites. i. ut uaria utaris pronuntiatione. Id quemadmodum faciam pro qualitate rerum. i. negocio℞

Rei obſeruatio qualis eſt? quadruplex. una ĩ tota cauſa ubi ſunt & genera dicendi: altera in partib9 orationis: tertia in ſenſibus: quarta in uerbis. Nam pro q̃litate horum omnium pronuntiatio eſſe debet:

Huic diſtributioni quid accedit? ut perſonarum etiam & locorum & temporum ſeruemus qualitatem:

A pte principia quemadmodũ pronuntiabo? ſi qualita

tem figurarum.i.ſchematũ diligẽter inſpexeris.alit er enim cauſa eudoxo & Amphidoxo & diſpara colu/ theto pronuntiandum eſt.

Quid narationem? ſi omnes ſpecies eius cõſyderaue/ rimus.

Quid partitionem? expedite ac ſimpliciter. Quid ar/ gumento mentionem? uarie agiliter acriter pugnanter & inſtanter.

Quid epilogus? ſi partes eius perſpexeris: quid ſenſus ſi locos quoquo cõmunes. Lenta & graui uoce. deind per gradus paulatim aſcẽdamus aut extollamus. ut q̃ tum põt ſurgant. Tunc rurſus per eoſdẽ gradus eam paulatim reuoluerimꝰ: donec ſine dãno ad murmur uſque perueniat.

In exercitatione iſta qui modus eſt? nõ ampilius q̊ñ gẽ torum uerſuum: quia plus uox laborat in lectiõe q̃ in uera actiõe. ſi tamen anguſtia temporũ tolleret res ꝓ nũciãtis uox quomõ cuſtodienda ẽ quotiens declamã dum fuerit ſi ocupatiões permiſerint aliquid ante pro nunciabis ut uocis itinea præmollies. Quod ſi fuerit rep ẽte dicedum hoc idem cõſequi poteris in ipſa mo deratiõe actionis ut in principiis uox tua ſubmiſſima ſit deinde paulatim ſe intendat.

Quid in deſinendo obſeruandum eſt? ſicut uitandum eſt ne uox in cõclamorem ſubitum erumpat: ita etiã a clamore ſubito concidat.

In cibo capiẽdo ſũt aliqua obſeruãda? ſũt ut ſtomacho inſeruias. Nam ſi melius prandio ualet prandendũ ẽ

ſæpius.non tamen ſemper:ſed cibo tenero & exiguo: quem cœne tempus diſſipet.in cœnãdo autẽ nec multis nec grauibus utendũ eſt.Q uid in potu frigidis potionibus abſtinebit: quia his iuruntur arteriæ:calidis autem aperiuntur·Nam per illas uox fluit.

Si leuiter uexata fuerit uox quid faciem9.utere accrioribus cibi quibus ſiquid obſtat uoci & obſtrepit perrũpatur·nam medici dormituris laſar inſtilant:& experrectos iubent ſorbere aliquid aceti acris:

Q uid ſi uehementer fracta uox fuerit: quemadmodũ eam reſtituamus.ſiti ut eius itinera ſiccent᷑.Item ambulatiõe multa ut humor ad inferiora loca ex ſuperioribus euocet᷑.& uini abſtinetia:qꝫ ẽ uoci læſæ in feſtiſſimum qꝫ ſi non poſſum9 utemur dulci ac diluto cib9 quoqꝫ leniſſim9 arteriæ ꝓdeſt.Q uod ſi ſimplexſi nec multis medicamentis impedita·maxime gilcerica utẽdum eſt uel ſi poſſis ſucci eius modicum ſub lingua habeto ad imaginem lenticuelæ uel piſſi.

In ſumma quid obſeruabo: ne operoſam uocis tutelã habeas ne ei nimiũ indulgeas:& tamen parcas ut & artariæ ne deſit humor nec ſuperſit. Oportet enim illas non·humidas eſſe ſed lubricas.Intuearis inuectiui ſint an defenſionales:deſcripti an actiui an minimi:Item ſi figuram ſchematum ſpectes.

Verba quoqꝫ quã in ſe uim habeãt cõſiderabo: V tiqꝫ. Nã ut res ex ſẽſib9 cõſtãt:ita & ſẽſus uerbis explicãt᷑ Omnibus uerbis pronuntiationem accomodabo non ſed neceſſariis ſolum

Perſonarum qualitatem quemadmodũ ſpectabo: ut ſcias quid agas apud quẽ pro quo. Aduerſus quẽ quibus præſentibus: qbus oppugnantibus: qbus fauentibus.

In locis quid obſeruabo: ut ſcias ubi agas, quid in tempore ut uideas quando tibi ſit promenda oratio ne tẽporis non competat qualitas.

Quæ de uultu præcepta ſunt: primo ut a perſonis eorum quorum res agitur affectus mutuetur.

In uultu quæ res plurimum ualent: oculi. Hos quemadmodũ cõmouebimus: pro cauſarum qualitate & ſonarum & omnium illarum rerum de quibus in præceptis uocis plenius dixi. In uultu oculorum tantum perespectio neceſſaria ẽ: Immo & paldebræ ſcire debes: quemadmodũ moueri debeant. Cur ita: Quoniam hæ uelut deſeruiens miniſteriũ præſtant oculis.

Quid aliud obſeruabo: ſupcilia. Cur ita: quoniam his multum agitur. Nam & oculos formant & frõti imperãt. His. n. uultus & cõtrahit̃ & attollit̃ & remittit̃.

Qualia catholu ſupercilia eſſe debent. Nec immota nec nimium mobilia nec ulla inæqualitate diſſidentia nec contra ea quæ dicimus ficta.

Quid aliud in uultu obſeruabo: ne naribus quicq̃ oſtẽdas. Cur ita: quoniam his non fere quicq̃ niſi indecenter oſtendi.

Quid aliud obſeruabo. ne labris quicq̃ oſtendas ſimiliter ut naribus.

In ſumma uultus qualis eſſe debet: ſeuerus non mœſtus nec ſtupens nec languidus.

De geſtu quæ præcepta ſunt:ut ſcias geſtũ uoci cõpe-
tere & aío debere:quoniã geſtus motu corpis conſtat
in ſingulis mẽbris corporis qd obſeruabo: ne a capite
ſoluto geſtũ facias.& ut ſcias quale id eſſe debet nec
rectum & ubi quemadmodũ moueas.

Q uid ceruix q̃lis eſſe debet:& ipſa recta. Q uid collũ
contrahatᷣ aut tendatur.Q uid mentũ ne pectore ſit
affixũ.Q uid humeri:ne eoꝝ indecens alleuatio atq̃
contractio.Q uid brachia:ut eoꝝ ſit moderata proie-
ctio.Q uid manus:ut has diligenter obſerues: quoni
am plurimos habent motus.Has quemadmodũ mo
mouebimus: pro qualitate rerũ:id eſt generꝝ dicendi
cauſaꝝ partiũ orationis. perſonaꝝ ſenſuum uerboꝝ
ſicut etiam de uoce dixi:Q uæ alia de mãibus præce-
pta ſunt:ut eo ne protendantur:quo facies ſpectat ni
ſi forte aliquid execremur.

In pedibus quid obſeruandũ eſt: ne prolato dextro ſte
mus.Nam eandẽ manum ac pedẽ proferre deforme
eſt;ne nimium ſint extenſi.quod nõ tãtum deforme:
uerum etiam obſcœnum ẽ. Q uæ de cultu præcepta
ſunt:ut ſit ſplendidus & uirilis. Nam quarundam
rerum leuior quidẽ cura ẽ,notatur tamẽ negligentia.

Q uẽadmodũ cingemus;nec ſubmiſſe nec ſuccincte
Q uid i umbone:ne fluxe nec abſtricte.Amictũ ſemp
obſeruabimus:dum incipimus tantũmodo. Cæteꝝ
procedẽte actu iam pene ab initio narratiõis minime
poſſumus.Sinus ab humero recte poteſt labi:poteſt
in ipſo actu uelut ſponte.Nam cum ad argumẽta:ac

locos uentum eſt reiicere a ſiniſtro togam: & deiicere cum etiam ſi hæreat conuenit.

Quæ catholu in actione obſeruanda ſunt? Ne pronunciatio artem redolere uideatur: quodquidem nõ tã tum in pronunciatione: uerum etiam in omni opere ui tandum eſt. Item ut quid nos magis deceat affectem9 & ut nihil in nobis ſit mutabile. Finit.

## De officio oratoris incipit

ORATORIS officiũ eſt ꝓpoſita quæſtione ciuili duntaxat primum ipſam intelligere generalis an ſpecialis: ſimplex an coniuncta ex pluribus: abſoluta: an cõparatiua. Deinde cum intellexerit. Inuenire in ea cõgruẽtes partitionis locos & his naturales ſeu mortales acõmodare ſnias. Exinde iudicare ꝺ iuẽtis repudiare: quæ parũ cõmodo occurrerũt tũ his quæ iudicio examiauerit darẽ ordiẽ certũ. Et. n. quãuis multa & pertinentia inuenta ſint: tamen niſi pro qualitate & magnitudie ſua certis & quaſi legiptimis ſedibus collocentur: aut oberunt aut nõ magnope ꝓficiẽt Subinde ordinationi rhetor explicationem rerũ commodare debebit. quæ duabus partibus cõſtat ſtructuræ qualitatæ & q̃titate uerborum. Hæc omnia memoria ſuſcipi. quã & plæriq; Græcorum & magiſter. M. Tullius in primis oratori affirmant neceſſariã hoc ut opinor modo. Venio nunc ad theſaurum rerũ oium memoriam: quæ niſi cuſtos inuentis. ordinatiſq; reb9

adhibeatur. Intelligim9 omnia etiam ſi præclariſſima ſint i oratore peritura. Memoriam pronunciatio ſequetur: res ut Demoſtheni uidetur iter oratoria officia uel prima uel ſola quæ cōſtat duobus. corporis motu & ſono uocis. Hæc ſummati tetigiſſe ſatis ſit: quæ ſunt oratoris officii. Reliquum eſt uidere quid ſit finis.

## ¶ De Fine.

Finis eſt ut opinor in omnib9 rebus ad quē cūcta referuntur: cuius cauſa fiant reliqua oia. A græcis τελοσ dicit̃: qd' etiā i' philoſophorum pene oium diſputationibus omnibus q̃ritur. ut quis ſit finis bene uiuendi uirtus an uoluptas & cætera Finem igitur oratoris officiali alius atq; alius alium atque alium probauerunt. Quibuſdam enim uiſum eſt ſummatim oratoris officii in bene dicendo eſſe: Quibuſdam in recte dicendo. Quibuſdam in uere dicēdo Quibuſdam in perſuadēdo perſiſtere. Quinetiam illi qui bene aut uere dicere finē officii oratoris putauerunt: non abnuūt tamen horum ipſorum finem eſſe ꝑſuadere: ut ſit finis oratoris officii bene dicere: bn̄ dicēdi perſuaderet. Ego autem quaſi ex cōſenſu omniū ut finis oratoris offici ſit perſuadere. Hoc qa in calūniam uidebatur poſſe recidere. Non enim ſēper perſuadēt orator: Nec ſi aliquando perſuadere nō poſſit facultatem & nomen oratoris amittit. addidit Hermagoras quo calumniam effugeret. & ita ſcriptū reliqui. Finem eſſe oratoris officii perſuadere quatenus cōditio rerū perſnarumq; patitur. Alia ſubinde ex eodem uerbo ꝑ

ſuadendi calũnia naſcitur inuẽta ſane a Platone tracta ta multum in Gorgia. Sed poſt hac multum impudẽtius a quibuſdam. Thenicis obtrectatoribus Hermagoræ frequentata. Negant quippe proprium finem eſſe oratoris officii perſuadere: ſed communem pene cum uniuerſis. Nam & mathematicos de his quæ in noticiã ipoꝝ ceciderũt ꝑſuadere. Et medios de his q̃ in arte ipſorum continentur perſuadere. opifices etiam & tabernarios fabros: & ſi qui huiuſmodi ſunt: poſſe de eo q; agant cuiuis probabiliter perſuadere quaſi rationem faciant. Ergo non eſſe integrum finem qui ſolam communitatem habeat careat proprietate eſſe actum perſuadendi cõmunem cum multis: & iccirco pſuadere non eſſe proprium finẽ oratoris officii. Huic quoqꝫ calumniæ Hermagoras percommode obſtitit Dicit enim eſſe oratoris officium perſuadere quatenus rerum & perſonarum conditio patitur duntaxat in ciuilibus quæſtionibus. Nam medicorum & philoſophorũ: & cæteræ huiuſmodi queſtiones extra regulam ciuilẽ quã politicen græci uocant collocantur.

## ¶ De ciuilibus queſtionibus.

SVnt autem ciuiles quæſtiones: quaꝝ ꝑſpectio in communẽ animi cõceptionẽ poteſt cadere: quod græci κοινον εννοιαν uocãt Veꝝ ut facilius itelligat̃ quæ ſit hæc ipſa cõditio quã demonſtrantẽ eſſe uolumus: oĩa quæcunqꝫ huiuſmõi ſunt ut ea neſcirẽ pudoris ſit: & q uel ignorãtes q̃ſi ſcia-

mus tamen cũ ſimulatione pro nobis ferimus:quotiens
in dubitationem uocantur efficiunt ciuilem queſtio-
nem:quod dico huiuſmodi eſt.Si de põdere alicuius
rei quæratur:ſi non uidearis ſcire quod librarũ ſit non
eſt erubeſcendum ſic de cæteris huiuſmodi rebus q̃s
perſequi longũ eſt:Et ideo quotienſcunque in dubita
tionẽ uenerint licet faciant queſtionẽ: tamen ciuilem
facere nõ poſſunt.At ubi quæritur ſit ne aliquid iuſtũ
an iniuſtum:honeſtum an inhoneſtum:laudandũ an
repræhendendum præmio afficiendum an ſupplicio:
utile an iutile:& ſiqua huiuſmodi ſũt:nemo etiã extra
omnem artẽ & ſcientiã collocatuſ nõ erubeſcat ſi hæc
neſcire uideatur.Inde eſt ꝙ omnes pſuaſum habeant:
aut certe aliis perſuadere nõ dubitãt ſe poſſe cõcipere
animo diſcrimen iuſti & iniuſti honeſti & ihoneſti cæ
teroꝝque quæ ſupradiximus:& iccirco quæ dubitatio
nes in huiuſmodi rebus oriuntur ciuiles uocantur q̃-
ſtiones.quaſi non propriæ paucorum ſed communes
uniuerſorum. Quæ cũ ita ſint merito quæ commu-
ni animi conceptione perſpici poſſunt queſtiões:quæ
κοὶνη εννοια dicitur ciuiles uocantur: & hæ ſunt in
quibus præſtare debebit orator.

¶ De generibus ciuilium queſtionum:

QVot ſunt primi & quaſi generales ciuiliũ q̃-
ſtionum modi:quoꝝ alter theſis: Alter hy-
potheſis uocat͛ a græcis.Nos uero priori no
mẽ niſi græcũ dare nõ poſſumus:nec poſteriori quidẽ
quanq̃ uideamur dediſſe qppe cõtrouerſiam dicimus

quod nomen tam ĩ theſin q̃ ĩ hypoteſin poteſt cadere.
In utroque enim queſtio ideſt controuerſia eſt Porro
hypotheſeos ſignificatio declaratur ex ipſo compoſito
nomine eſſe aliquid quod eſt υποτηη θεσῖη id eſt ſub
illo genere quaſi ſpecies.

## ¶ De differentia theſeos & hypotheſeos:

THeſis eſt res quæ admittit rationalẽ cõſidera
tionem ſine definitiõe pſonæ. hypotheſis ſeu
controuerſia eſt ut ĩ proprio nomine utamur
res quæ admittat rationalem contentionem cũ diffini⸗
tione perſonæ. Melius autem declarabuntur exẽplo.
Thæſis eſt quæſtio huiuſmodi. An nauigandũ ſit an
philoſophandũ. Hypotheſis eſt quæſtio huiuſmodi.
An decernendũ duelli præmium. Nec deſunt qui hic
etiam Hermagorã criminentur: & Apollodorus in pri
mis: qui negat qcq̃ aliud eſſe hypotheſin q̃ theſin: &
nullius momenti eſſe diſcrimen perſonarũ: q̃q̃ utrun⸗
que hoc genus q̃ſtionis hermagoras diſtinxiſſe uidea⸗
tur. Non minus eni infinitam & indeterminatam eſſe
hypotheſeos q̃ theſeos quæſtionẽ. Nam cum quæra⸗
tur ſit nec ne animaduertendum in horeſtem: non p
ſonam eſſe quæ faciat quæſtionẽ ſed factum & nihil ĩ
tereſſe an ita quæratur ſic nec ne animaduertẽdũ ĩ ma
tricidã. Quod ſi ita eſt: nihil inter hypotheſin: theſin
que diſtare manifeſtũ eſt: Ad hæc noſtri primo omni
um qualitatem perſonarũ quæſtionum differentiam
afferunt: quæ ipſis etiã hypotheſibus ideſt controuer⸗
ſiis ſæpe ſolent euenire: ut punita & ĩpunita: honorata

& inhonorata cũ quædam requirenda uideantur non tam ex rerum qualitate q̃ quantitate pſonarꝶ: Deinde illo etiam diſtare hæc duo genera q̃ſtionũ: ꝙ in theſi pſpectio ſit alicuius rei qualis ſit: In hypotheſi contentio. Et quantũ intereſt inter inſpectionẽ & cõtentionẽ tantũ inter theſin & hypotheſin eſſe diſcriminis. Deinde in theſi quærimus qd oẽs opporteat facere: In hypotheſi quid unũ aut alterꝶ aut paulo plures certe diffinitum hominũ modũ. Et iam illa differentia accedit ꝙ in theſi quaſi ignorãtes quærimus quid ſit optimũ factu: In hypotheſi quaſi ſciẽs defendimus. Tũ ꝙ omnis theſis de futuro ẽ hypotheſis raro: quinimo nunq̃ niſi de p̃terito: aut etiã de eo qď iam agaẗ facit quæſtionem. Nemo.n. neque reus: fieri poteſt niſi fecerit aut feciſſe dicatur. neq; præmiũ aut aliquid huiuſmõi peteẗ niſi iã meritus ſit aut meritũ eẽ ſe cõtẽdat. Huic loco opponũt tyrãnidis & ꝓditiõis reos: & ueneficii: & parricidii nõ perpetrati: & ſiqua i eundẽ modũ excogitare poſſunt. In quo ſtudio criminãdi falluntˀ. Nam & in eo q ꝓditionis reus eſt non de futura re quæritur ideſt de ipſa ꝓditione ſed de eo an ſuſceperit cõſilium ꝓditiõis quod utiq; præceſſit & de tyrannide æque an cogitarit tyrãnidẽ & de paricidio nõ ꝑpetrato & de ueneficio. Ergo ſemp aut de p̃terito aut de p̃ſenti i hypotheſi naſciẗ q̃ſtio: In theſi cõtra nũq̃ niſi de futuro. q̃ cũ ita ſunt ſatis ẽ utriuſq; declarata diuerſitatis.

¶ De periſtaſi.

TVnc qñ quidẽ differentia generaliũ & ſpe-

cialiũ quæſtiõũ ſatis dictũ ẽ:ſc parataq; theſis ab hypo theſi ut per ide diſtaret re ac noie:cõſequẽs uidet̃ dicer̃ q̃d ſit q̃d hypotheſin .i. cõtrouerſiam efficiat. Eſt igit̃ circũſtãtia rer̝ quã περίστασιν hermagoras uocat ſine q̃ u'la omnino cõtrouerſia eſſe non põt. q̃d ſit aũt periſtaſis facilius partitiõe q̃ diffinitiõe eius depræhendi poteſt. Sunt igit̃ ptes circũſtantiæ .i. pıſtaſeos ſeptem: q̃s Hermagoras mioria pıſtaſeos uocat. Theodorus στοιχεῖα: id eſt elementa q̃d ex eor̝ coniũctione quæſtiones fiãt pınđ atq; ex coiũctione litterar̝ noïa & uerba fieri uidem9. Sed ſiue στοιχεῖα ſiue mioria rectius dicũt̃ nos omiſſa cõtrouerſia nois quæ ſint ipſa dicam9 Sunt igit̃ hæc qs Quid. Quando. Vbi. Cur. Quẽadmodũ. Quib9 adminiculis q̃s græci ἀφορμὰς uocãt Hor̝ oium aũt plurimor̝ rationalis cõgregatio conflat queſtionem. Sed nimir̝ ſingulor̝ ꝓprietas ex primẽda ẽ. Quis ſignificãtiã hẽt pſõæ ſpectat duob9 mõis ex noie & q̃litate. Ex noie hoc mõ qs: Camillus. C. mari9. L. ſyllaba. Ex q̃litate qs: diues & paup impator: ẽ ãt definita i noib9 i finita in qualitatib9 pſonar̝ pſpectio. Q ñ in appellationẽ nihil præter nomen cadit: In q̃litatẽ uero & fortuna & ætas & conditio & diſcipli na & cæt era quæ ſunt ifinita nũero. Quid ſignificãtiã habet rei quæ facta ab aliquo uel dicta uel cogita fieri dici cogitari: factũ iri dictũ iri cogitatũ iri uidat̃ bona uel hõeſta u l i hõeſta iuſta uel iiuſta uel cõtra neceſ ſaria non parua uel magna par̝ iſitata uel noua. Q ñ: temporis ſignificatiõem habet; uelut interdiu ac noctu

ſacro an irreligioſo die:&ex accidẽtibus.quæ interdũ dant tempori ſuam qualitatem. Velut in belli tẽpore An in pacis tem pore:In ſeditione.an in concordia.i li bertate. An in dominatione:& ſiqua in eundem modũ cadere po ſſunt. Vbi loci ſignificationem habet ueluti in ciuitate an extra. In ſacro loco an in profano. In mari an i terra. Cur ſignificat cauſam faciẽdi uel dicẽdi uel cog itandi rem.ut mea ferto opinio.ad conſtituendam quæſtionẽ in primis neceſſariã. Q uẽadmodum ſign ficationem habet exacto.uel qđ fiat futurum ne ſit d monſtratione ueluti clam palam per uim per dolũ.& ſiqua ſimilia in eundem modũ cadunt:quas nos admi nicula dicimus demonſtrationem habent earum rerũ per quas factum eẽ aliquid dicatur. Vt eſt iaque9 gla dius uenenum littere inter nuncius mandata ſeruus. Conſcius ſicarius. Horum articulorum .ut ſupra dixi aut omnium. Aut plurimorum rationalis concurſus faciet ciuilem quæſtionem

¶ De rationalibus quæſtionibus:

RAtionales quæſtiones ſũt.quas Hermago ras λογικο-α uocat. Melius enĩ putat eas ſic cognomiari q uerbales:q̃a logicæ non ex uerbi.ſed ex rationis ſignificatione appellatæ ſunta technicis.i.artificib9.cum alioquin logos interdũ uer bũ ſignificet.interdũ rationẽ. Igitur ratiõalis ſeu logi ce quæſtiões fiũt modis quattuor. Hæc.n.in illis quæ rẽtur. An ſi quid ſit quale ſit. An duci in iudicũ debeat Vbi autem quæritur an ſit genus id queſtiõis Herma

gotas στοχασμὸν uocat: nos coniecturã poſſumus dicere. Idē Theodorus περὶ τῆς οὐσίας: id eſt de ſubſtantia. Nihil enim factũ uideri poteſt quod nõ habuerit ſubſtantiam: neq̧ futurum. quod non habiturum ſit ſubſtantiam. Quidam hoc genus quæſtiõis ex eo φ ꝑ id quæritur an ſic uocauerunt. Altera rationalis eſt quæſtio quam Hermagoras finem uocat Theodorus τῆς ἰδιότητος: id ē de ꝓprietate. Quidã qd ſit. nõnulli de eodē & altero. περὶ τοῦ ταὐ καὶ τέρου. Tertiam rationalem queſtionem uno nomine omnes qualitatem uocant. De quarta magna contentio eſt. quam ſupra de inducendo iudicio diximus. Pleriq̧ enim negãt eſſe eã quando id agant ne res poſſit uenire in quæſtionē. & inter omnes Hermagoræ præcellit auctoritas. qui & quæſtionem putat & imprimis neceſſariam. & agitari in foro multum. & adhibendam etiam in ceteris quæſtionibus primo ſtatim congreſſu. ſi cauſæ conditio patiatur Nihil enim ſtatuo tam intereſſe eorum quibus iudiciũ intenditur q̃ decliare iudicium: Porro ipſam declinationem iudicii habere nonnullam iudicii ſpeciem. Nã ſi ita res ageretur. ut quotiens nollet aliquis cauſam induci. eſſet hoc in ipſius poteſtate nulla eſſet quæſtio. nũc cũ ſemper exiſtant qui impediant: ipſa illa contentio qua alter in iudiciũ uocat: alter recuſat. iudicium fecit quſtionem. Quod controuerſiæ genus Hermagoras Metalepſin appellat. noſtrorum pauci reprehēſionē. Pleriq̧ tranſlationem uocauere. Vtrique ſane rationē ſecuti. q reprehenſionem dixere. eo ſcilicet φ cum maxime idu

catur in iudicium cauſa reprehenditur & quaſi retrahitur. Qui tranſlationem ꝙ reus non omnino excludat actionem ſed præſentem conditionem actio excuſſet: aut in aliud genus iudicii tranſferat: uel habitum iam uel futurum.

### ¶ De legalibus quæſtionibus.

SVnt item aliæ queſtiones quattuor. quas inuentores νομικας: nos legales appellamus. In his nomina ſunt ſcriptum & uoluntas: quod illi ρητον και διανοιαν appellant: quã nos contentionem legum contrarium uocamus. Ambiguitas quam illi amphiboliam. Collectio quã illi συλλογισμον uerum hec paulo poſt diligentius tractabimus: ita & ſignificantia cuiuſque euidentius exprimatur: & ſpecies generibus addantur. Interim mihi uidetur eſſe dicendum quibus omnis quæſtio articulis & quaſi modis ſubinde abſtricta ad perfectam ſpeciem ſui perueniat.

### ¶ Quid ſit phaſis: quid cataphaſis: quid intentio: quid negatio ſtatus.

ESt aliud dictũ quod græci φασιν uocant: id ſcinditur in duas partes. Et eſt eius altera apophaſis: altera cataphaſis. Non ſufficit enim magnificentiam exprimere. Intentionem uerbo factam poſſumus dicere: id eſt uerbũ: quo crimẽ iten

ditur ueluti pulſaſti ꝓdidiſti occidiſti. Quod autem illi αποφασιν nos abē iam criminis eius: quod per uerbū accuſator intenderit ueluti non pulſaui non occidi non prodidi. Ex his duobus dicto uel reſpōſo uel intenione & negatiōe media naſcitur quæſtio: hoc modo. Intētio ē occidiſti. Negatio nō occidi. Quæſtio ē an occiderit. Sed ut iam a cōiecturali modo recedamus: itentio eſt ĩiuria occidiſti negatio nō iniuria occidi: q̃ſtio an iniuria occiderit. Vel ĩ aliquo legali ſtatu intētio eſt: nō licebat tibi hoc facere per legem. Quæſtio eſt an licuerit hoc facere per legem. Hanc quidam ut uſque adhuc diximus quæſtionem uocauere: quidam ſtatum nominauere: ab eo uidelicet quod in ea & exordium quæſtionis & ſumma cōſiſtere. Primo enim quaſi eminus cū hic dicatur factum eſſe. Inde nō eſſe factum: nulla pugna eſt: ſed quaſi futuræ pugnæ meditatio. Deinde cum ꝓpius acceſſum eſt: & quaſi ad manus uentum. alterationi & contentioni mutuæ media quæſtio interuēit: fit nec ne factū in ea uterque conſiſtit: omiſſo quod ante licebit unde et quæſtioni ſtatus nomen impoſitum eſt. Hoc idem Theodorus κεφαλον appellat tranſlatione uſus uidelicet principale parte corporis: quod in hoc etiam complexu duorum quæ utrique dicta ſunt quin caput quoddam totius controuerſiæ efficitur.

Conſequens huic locus eſt ut perinde: aut: magis etiā neceſſarius: quo demonſtratur quid ſit cauſa quod continens quid de quo contenditur.

Cauſamhermagoras ςιτιον uocatκυνέχον continens
De quo contenditur κρινομενον.
Eſt igitur cauſa quæ niſi preceſſerit:cōtrouerſia fieri ñ
poteſt quod dico tale eſt. Abdicatur a patre filius.Con
trouerſia iccirco nō eſt:quia nulla cur abdicaretur cā
præceſſit a patre. Denique addamus cauſam:& ſtati.
controuerſia effecta eſt iurauit ſe non ducturum uxo:
rem:abdicatur quod iurauit αιτιον & nō factum eſt
ideſt cauſa cur abdicatinonem meretur.
Synechon uel cōtinēs eſt quod ad refutandum & ιτιο
ideſt ad refellēdam cauſā uidetur afferri Vt eſt in hac.
materia militē:qui iurauerat ſe deſerturum imperator
occidit & reus fit cædis. Hic eni αιτιον ē cauſa iudicii
ꝙ occidit Neque eni fieret reus niſi occidiſſet: Syne-
chon eſt ideſt continēs id propter quod occidiſſe dixit
iuſiura ndum ſcilicet militis quo deſerturū ſe eſſe iura
uerat. Hoc interdum ſynecon Hermagoras .i.conti-
nens appe llat ab eo ꝙ omnis defenſio ab illo continea
tur iterdū uero αιτιον uocat quaſi cauſam cauſæ. Nā
quema dmodum reatus cauſa eſt quod militē occidit
ita occidendi cauſaq; miles deſerturum ſe eſſe iurauit:
Nunc quoniam ſcimꝰ quid ſit cauſa:quid cōtinens:u
deamus etiam qd ſit de quo cōtenditur ideſt quid ſit.
κρινόμενον.Eſt autē nihil aliud q̄ exploratio cōtinē
tis:ideſt.. συνεχοντος.Q uod dico tale.Eſt eni in ea
dem controueſia perſeuerandum puto quo ſint lucidi
ora quæ tardamus.
Aetion eſt ꝙ occidit militem hic imꝑator:Synecon eſt:

quo reus nititur.i. ratio propter quã occidiſſe ſe dicet Eſt autem ꝙ miles iurauit ſe deſerturum. Crinomenõ eſt examinatio huius ipſius: quod ad defenſionẽ reus attulit. In quo ita quærit͛ num alia cauſa im̃patori fue- rit cur occiderit militem. & hæc prætaxatur. ut uideat͛ nõ quia iurauerit occiſus, ſed alia quadã uel ſimultatis uel inuidiæ cauſa. Poterit etiã hoc modo articulus iſte tractari. An etiã ſi iurauerit. parum tamẽ iſta cauſa fue rit cur debuerit occidi. & tota pſpectio tot9 ſynehcon tos. ideſt cõtinentisquod ad αιτιον afferturi crinome- non uocatur. Euenit tamem non nũq̃ ut in una contro uerſia non ſemel aetion & ſynechon & crinomenõ ſed ſæpius ipſa omnia p uices reuoluta tractent͛. ut in hac cõtrouerſia reus ẽ ulyxes læſæ rei. ꝙ procos occiderit. Hic eni Aetion eſt ꝙ occiderit. Aetion ucl ſynechõ ꝙ eos qui bõa ſua de populab ãtur: & pudiciciæ uxoris iſidiabant͛ occidit. Crinomenõ eſt. Nunquid tamẽ & ſi hæ res præceſſerit, alia tamẽ cauſa quã prætexit oc ciderit: uel nun quid ne peſſime quidem de ſe meritos idemnatos debuerit occidere. Deide ad hoc criomenõ aliud ſynechõ affert ulyxes q uod ſe iuſſu Mineruæ iteruteniſſe Deinde hoc ipſũ ſynechon fit Crinomenõ quod quæritur utrumne propter iuſſum Mineruæ oc ciderit. & utrum in tali re Mineruæ quidẽ obtempera re debuerit. Eſt autem ætion proprius accuſatoris loc9 Synechon deſẽſoris. Crinomenon uiriſque cõmune

### De thematibus quæ non conſiſtunt

DIcendum ſubinde puto quemadmodũ & qđ modis cõtrouerſiæ aſyſtata fiat:tã & ſi ne dici quidem controuerſias oportet:quæ ſtatũ non habent. ſed plaſmata irationabilia:id eſt longa. Fiunt igitur Aſyſtatæ modis quattuor. Vnum cũ aliquid deeſt ex circũſtantia. Quæ autem uis ſit circunſtantiæ: ſupra diximus:id eſt cum quæſtiõibus aut cauſa aut ꝑſona:aut locus. aut aliquid eorum deeſt quib9 effici circunſtantias diximus. Hoc autem genus aſiſtatæ ĩ ſcholaſticam materiã non poteſt cadere. Iccirco quia ne fingi quidem poterit ullum Thema deficiente circunſtantia. In ueritate tamen nonnunquam euenit. ut aliquid horum deſit:& per imprudẽtiam actoris profligata cã ueniat ad iudicem:

Alter eſt modus Aſyſtatæ:quem κατα ισωτητα appellant. Nos tamen ſi nomen latinum dare non poſſumus tamen uim intelligere debẽus. Nam cum eadem utrinque dicuntur:& nulla re ne parua quidem diſcernuntur:tum huiuſmodi plegma propter æqualitatem utriuſque partis ſtatum amplificat ut uicini adoleſcẽtuli qui uxores ſpecioſas habebãt noctu alterutrum ſe obuium habuerunt. accuſant ſe inuicem adulterii. Nã qcquid altera pars dicat. & altera dicat neceſſe eſt: id ẽ uerí ſimile eſt te adulterium uoluiſſe committere. qa adoleſcẽs es. Te quoque uoluiſſe uериſimile eſt:quia adoleſcens es. Veriſimile ẽ. quia ſpecioſam uxorem habeo: Te quoque ueriſimile. quia & ego ſpecioſam uxorẽ habeo. Facultatẽ tibi uicinitas præbuit. Et tibi eadem ui-

cinitas præbuit facultatem. Cur tu nocte ĩ me? Cur tu autem in me incidiſti? Nihil eſt quod diſtinguat̃. & ic circo uter eorũ ſiue accuſet alterum ſe criminatur ſiue ſe purget defendit eum quem criminari uidetur.

Tertiũ eſt Aſiſtatæ genus qđ græci κατα ἑτερομέρειαν appellant: id eſt cũ reo nulla eſt defenſio & ut color in facto non inuenitur. aut parum probabilis inuenitur color. Vnde etiam Democrates pceptor meus ſolitus erat dicere eas etiam controuerſias: in quibus color diu quærit̃ ſtatum nõ habere. Verũ ille conſtãtius nos uero ſi afferatur aliquid ad defenſionẽ uel mediocriter probabilis admittimus. Sed ſi euidenter confuſa cauſa: & ut oportet ſecundum heteromerian: id eſt alteram partem explodemus: Nonnunquã incidunt quæram queſtiones maxime in ueritate: quæ ſũmã accuſatori: nullam reo largiatur facultatem. Accedunt: uerũ eas non controuerſias: ſed communes locos dicimus: Quippe in his non eſt probatio criminis: ſed ut in expreſſum atque euidens facinus expreſſio.

Quartus eſt modus Aſiſtatæ: uel caliginoſiſſimus adeo ut nonnunquam etiam doctis hominibus ſoleat obrepere. Habet enim nonnullam ſpeciem probabilis conſiſtentiſq; materiæ: ea eſt huiuſmodi in qua iudex ferendæ ſententiæ rationem explorare non poteſt: hoc græci ἄπορον uocãt. Sed ſubiiciamus exẽplũ. Petebat qs ab alio uſurã: qͣſi pecũiæ creditæ: ille accepiſſe ſe pecuniã cõfitebat̃: ſʒ dpoſitã. & iccirco uelle rſtituer̃ ſortẽ ſine uſura. pẽdẽte iterea iudicio lex đ nouis tabu

lis ē allata. Repetit ille quaſi depoſitam. ille retinet quaſi creditam. Non enim uideo quid ſit hic quod in ſentētia ferenda iudex ſibi poſſit: cū petitor idē interdū crediſſe: interdū depoſuiſſe ſe dicat & ille alter interdum depoſitam accepiſſe interdum creditam. & neuter ſua priore: ſed uterq; alter alterius præterita ſententia utatur.

¶ De Figuris controuerſiarū.

PErtinere etiam nō nihil ad rem uidetur ſcire figuras controuerſiaꝝ: quibus inuicem diſſerant: quo magis in euidenti ſit: quēadmodū quantū tractēus. Sūt igit̃ ſchemata. i. figuræ cōtrouerſiarum quattuor: Eudoxos: quod nos opiniones bonæ ex utroq; bono poſſumus dicere αμφιΔωξοσ opinionis ex utroq; bono ac malo confuſe poſumus dicere: Paradoxoſ quod nos opinionis male poſſumus dicere: tā & ſi quidam parum diligenter græce loquentes paradoxon pro his quæ ſunt bonæ opinionis accipiunt. Vnde uulgo etiam olympionicas & cæteros uictores ſacroꝝ certaminum paradoxos uocant magis conſuetudine q̃ ratione ducti. Nam ut opinor παραΔοξοσ eſt: quod ē παρατηνΔωξον: id eſt contra opinionē bonā. Deniq; licet alias uulgares ſignificatiōes probare malimus huius nominis: tamen hoc loco: ut multa noua tam athecnicis & mathematicis q̃ a philoſophis cognominantur: accipere debemus non pro tam ſolito uſu cōſuetudinis q̃ pro conditione præcepti. Quarta eſt ſpēs cōtrouerſiæ: q̃ græce αΔοξοσ dicit̃: quā nos nō ut uulgo malæ opiniōis: ſed nullius opinionis euidenter propoſitis:

ideſt humilem & ſordidam: ſed hæc exēplis līquebūt.

EVdoxos controuerſia huiuſmodi eſt: in qua tam perſona q̄ res eſt honeſta. Velut Scipio uictis pœnis petit præmiū ut ſpectet ludos laurea coronatus. Et perſona honeſta eſt Scipionis: & quod petitur non improbum.

AMphidoxos eſt: in qua uel honeſtatem perſonæ turpitudo rei maculat: Velut ſi idē Scipio petat præmii nomine mortem Tyberii Aſelli: Nam petitoris perſona honeſta eſt. Quod autē petitur inhoneſtum. Vel contra. ſi abdicatus fortiter fecerit: & petat præmii nomine reditum in domum patris: perſona: quæ petit inhoneſta abdicati: res quam petit: honeſta: ut in domum patris redeat.

PAradoxon ē controuerſiæ genus: ut ſupra definiebam: In quo utraq; ſunt īhoneſta tā res q̄ perſona. Velut īpudicitiæ reus fortiter fecit: petit præmii nomine accuſatoris ſui mortem. Nam & perſona petentis īhoneſta eſt: ſiquidem fuit reus impudicitiæ tam & ſi aliquid turpitudini derogauerit q; fortiter fecit: & res quam petit improba eſt.

ADoxon cōtrouerſiæ genus ē ſine opiniōe ita q; humile & ſordidū. Pauper ueſtimēta uendebat: extitit alius pauper q uendicabit ea: & furto abeſſe ſibi diceret. ille uenditor ait ſe ab adultero deprehēſo illa ueſtimēta detraxiſſe inuicē ſe accuſant: ille adulterii hic furti. Hic enim & perſonæ hūiles pauperꝫ & res quæ feciſſe uidenť quæſtionē abiectio ueſti

mentorum uendicatio & agnitio.& q̃q̃ iteruenit crimẽ adulterii nõ abiectũ:tamen quia plura ſunt εν τῇ περιστασει ideſt in circunſtãtia humilia & ſordida totius controuerſiæ ſpeciem ſibi uendicant. Dignoſcere autẽ has controuerſiarum figuras cum ad multa alia conuenit:tum uel in primis ad id ut modum præfandi ideſt principia edendi congruente qualitate materiæ inueni re poſſumus:Non enim eadem ſpecies debet eſſe prin cipii in themate eudoxo amphidoxo & paradoxo & adoxo:ſed eſt cuiq; ſua forma tribuenda.

NAm primũ ĩ eudoxo genere materiæ Hermagoras negat eſſe p̃fandũ.Nã ſi beniuolẽtiæ ĩ qt cõciliãdæ gratia p̃fari ſolemus:ĩ bonæ opinionis themate q̃le eſt illud Scipionis: benigni ſunt hi apud quos ſumus locuturi autẽ attinet adparere q᷑ paratũ ẽ:Sed mihi lõge aliter uidet᷑ & pace tãti uiri dixerim:neq;.n.eſt ſemp̱ ſpectãda auctoritas utiq; cũ ratione uincatur.Cenſeo ĩgit᷑ nihil ꝓhibere ĩ eudoxo genere materiæ quo minus præſemur.Nihil eni opinor mali benignos iudices benigniores facere p̃ſando:ut cum offenſos aduerſariis uidemus:offenſionẽ illã dicẽdo augere conamur.Deniq; auloœdos & citharœdos & cæteros huiuſmõi artifices q̃q̃ nõ polliceant᷑ orationẽ:uidemus tñ præloqui ante actionẽ:& oĩno curta & ſine capite oratio ẽ:quæ ſine principio ab ipſis rebus ordit᷑ Vtemur etiã principiis in bonæ opinionis cõtrouerſiis ſed breuioribus & erectioribus paulo & confidẽtibus & plenis dignitatib9 ſine iactãtia dũtaxat:ne res pariat

inuidiã:ut eſt illud apud. M. tul. cõtra contionẽ Metelli
in qua exultare uidet᷑ cõtra. r.p. ubi uis uel ĩ ipã cõſiſte-
re. Sic eni ut opior inſequar fugientẽ:quoniã cõgredi
non licet cũ reſiſtẽte. Q uod nũq̃ ꝓfecto tã magnifice
dicere in exordio ſtati orſus fuiſſet:niſi & ipſius aucto-
ris cẽt honeſta ꝑſona:& res de qua locuturus erat nõ im-
proba. Itẽq; alio loco cũ de iuratoꝝ animaduerſiõe lo-
queretur. Video inquit. P.C. in me omniũ ueſtrũ ora
atq; oculos eſſe conuerſos. Deinceps que omnia huiuſ
modi ſũt ut auctor & ſplẽdore ſuo & rebus his de qui-
bus locuturꝰ eſt:q̃ſi honeſtiſſimis uideatur merito cõfi
dere. Plæraq; huiuſmodi exordia ſũt apud G. Gracchũ
quanto nobilioris fiunt ſpiritus quæ dicẽtem profecto
Minutium aut aliquem ex camẽſi caterua nemo ferret

IN Amphidoxo genere materiæ moderatione
quadam utendũ erit cum principia ducemus
ut turpitudinẽ quæ ſub ẽ & dignitatẽ quæ eſt
in re aut ꝑſona uel illuſtrando augeamus ita uarie utrũ
que miſcebimus ut alterius patris turpitudinem alte
rius honeſtas tegat. Neque tamen cũ tanta iactatiõe q̃-
ta in illo ſuperiori genere materiæ:ſed quaſi cũ quadam
confidẽti uerecundia. Si ĩ re turpitudo erit q̃tũ fieri po-
terit aduocabimus iudicem ad perſonæ dignitatẽ. Si in
perſona:ad rei dignitatem quaſi de periculoſo loco in
tutiorẽ locum refugiemus:ſed ſummatim leuiter q̃ ce
dẽtes deſpicere ut potius ſuſpitiõe q̃ timore uideamur.
laborabimꝰ autem in eo ut confuſa utraq; dignitate rei
& perſonæ plus fiduciæ in honeſtate:q̃ metus in turpi-

tudĩe habere uideãur. Sed ut limpidius hoc genus pri
cipãdi deprænẽdatur: dabo exemplũ quod habuit. M.
tul. cum pro. M. Scauro loqueretur. Erat eni cõtrouer
ſia. Amphidoxos quippe qui niteretur dignitate perſo
næ. M. Scauri: ne premeret turpitudine criminis de pe
cuniis repetundis utrunque in principiis ſtatim conſu
dit ita orator: & ut turpidinẽ criminis dignitate perſo-
næ contegerit. neque tamen largiter nimium neque ex
ultanter. ſed ita ut exprimat non nullam etiã metus ſuſ-
pitionem. Maxime fuit optandum. M. Scauro uide ut
nullo ſuſcepto cuiuſquam odio ſine offenſione ac mole
ſtia & cætera.

IN paradoxo ideſt i malæ opiniõis themate-
d ubi ẽ & perſona & dignitas pariter labora
bit. lõgioribus principiis utendũ erit. & pur-
gãdis ſuſpitionibus opa tribuenda. & dimiſſe loquẽdũ:
ſequendũ etiam cum ſententiis tum uerbis etiam pro-
prius blanditia in ſitis & quærimonia quin falſi illati cri-
minis. & falſæ infamiæ compoſitæ aduerſus nos per in
uidiã et iã ſummiſſiore toto corpore confirmati ad ue-
recũdiã ſummiſſo uultu occulis terrã intuentibus. Ne-
que etiã illã accriter ſed ſi poſſumus rumore ſimulato.

IN Adoxo ideſt in humili genere materiæ pxi
mi ſermoni debent eſſe pricipia. neque ſentẽ-
tiis alte petitis. neque uerbis ultra modũ orna
tis. nec ſtructura grauiore ſed quaſi reſoluta & ſimpli
ci. Vis ãt omniũ ſententiarũ quam his principiis adhi-
bemus, ea eẽ debet ut rem proprietate reuocet ad com

munitatem:& dicit omnium intereſſe illā rē uindicare propterea quod quanto quæq; minora ſunt tanto crebrius & magis inter multos cadere poſſint:nec tā oportere ſpectari magnitudinē rerum & perſonarū: q̄ rationem æqui & iniqui ueri atque falſi:eadem enim eſſe horū in minimis uim q̄ in maximis. Talia principia ſūt pleraque apud Demoſthenem in iis libris qui inſcribūtur idiotici:& magis apud Lyſiam:& apđ quoſdam ex noſtris ueteribus. Certe. M. Tul. cum pro Archia diceret non aliter exors eſt.

## ¶ De Elocutionis cura.

NVnc elocutiōis cura ē intimāda: q̄ cū cōſtet iſingulorū aīaduerſiōe:uerborū hoc ab eloq̄ntiæ nomine ſeparatur. q̄ illa totius operis oratorii uirtꝰ eſt. hæc pars habet̃. officii cuiꝰ Cicæ. quaſi fundamēta ponit latine loqui plane ornateq; dicere:quorū unū grāmatice loquēdo didicitis:cū eiꝰ uobis inſinuata ē ſubtilitas. faſtigia uero ſūt plane ornateq; dicereq̄d nō igenii ſed laboris eſt maximi:exercitatiōis etiā diutinæ. qua nō ſolū huberior. ſed illuſtrior quoq; facultas acquiratur. Huius rei duplex ē ratio. una qua iſingulis uerbis lumē appareat. altera ut dignitas eloquēdi copulationis ipius decore ſeruet̃. In ſingulis uero rebus aut ꝓpriū āt trāſlatum mutuatū quoq; conquirit̃. Propria ſunt uetuſta præcipue. Nam cū & proceres uel neſcirēt hæc dicēdi ornamēta. uel appetere n̄ audirēt. propriis utebāt̃. Sed quia uerborū ueterum iam exoleuit uſus non ſunt audacius uſurpanda illa. quæ cum ætate mutata ſūt. Itaque

hallucinari & cerritũ & caperatũ ſimiliaq; prætereun-
tes utemur his quæ cõſuetudo recipiat. nec tamen ſor-
didis niſi cũ rei ſniæq; uis exigit: ut Cice. uolẽs crudelita
tis inuidiã facere ait Gurgulioĩb9 exectis reliquerũt: &
uirgis plæbem romanã cõcidere. Nec indecore Virgi
lius uitãdæ humilitatis aucupio lychnos ꝑ lucernis ait.
ꝙ ſi res ſua ꝓpria uerba nõ habeat: nouãda ſũt. aut ali-
enis utendũ: nouãtur aũt duobus modis uerba. aut q̃-
dã fictione: aut declinatione præſumpta: aut duoꝝ que
uſitata ſint cõiunctiõe cõpoſita. fingũt maxĩe cũ trãſfe
rimus: ut qui ꝓcoteta qualitates eẽ dixerũt qđ nomẽ nũ
q̃ fuerat in latinis. quo & auribus tꝑandũ & inſolẽtia fu
gienda: quã Cicero uitans Soterem Saluatorẽ noluit
noĩare. & ait q ſalutẽ dedit: illud nimis inſolẽs uidebat
deriuatiõe quoq; fiunt uerba quæ grãmatici paragogen
noĩant. ut dicimus florea rura & capiq; uirẽtes oſſib9 al
bẽt. ꝙ ſatis criſpa flexione Horatius albicãt dicit. Is plæ
runq; grãmatice utit: licet Tullius grandiferas poſſeſſi
ones dicat. & grãdiloquos oratores. Huic diligẽtie ſub
iungit uerboꝝ cura tranſlatoꝝ cũ res aut ſua nõ inue-
nit uerba aut cũ uolumus ſplendidius aliquid explicar
ergo aut inopiæ aut decoris cauſa transferuntur inopiæ
cũ dicimus gẽmare uitem: & luxuriare ſegetes lætaſq;.
ꝓhibem9: deſunt. n. ꝓpria & cõmodãt aſcita. Decoris
uero ut bellũ ſubito exarſit: cũ poterat dici extitit. Et itẽ
poſſum9 ab oĩbus ſenſib9 mutuari: ab oculis lux liber
tatis & uetus odor legũ: & ſilẽt leges iter arm a & a gu-
ſtu nomẽ dulce libertatis. Veꝝ nõ debet trãſlatoꝝ alie

norũq; uerbo℞ affectio ſine moderatiõe captari.nec lõge petita dbẽt eẽ trãſlata:ut ſi dicas luxurioſã charybdim: Vitãdũ quoq; ne turpis ſit ſimilitudis uſurpatio: ut ſi dicas caſtratã africã mortuã Rẽp.aut clodiũ ſtercus ſenat9.In hoc gñe trãſferẽdi ẽt allegoriã poetæ p̃cipue nexuerũt.Et Cice.cũ dicit Senatũ a gubernaculis deieciſſes:P.R.e naui exturbaſſes: ipſe archipyrata cũ r̃ge p̃donũ ipuriſſimo pleniſſimis uelis nauigares.& i Piſonẽ.ut q i maximis tẽpeſtatib9 ac fluctib9 reip.naui gubernaſſem:ſaluãq; i portũ collocaſſem frõtis tuæ nubeculã:& collegæ tui cõtaminatũ ſpũm ptimeſcerẽ Vſurpatis ergo eis & ſimiliter pluribus uerbis elocutus eſt.quæ quidẽ quis fortaſſe anguſtius & humelius diceret.Itẽ trãſlata quodãmõ ſunt:quæ aut ex pte totũ aut ex toto ptẽ:aut ex uno plures mõſtrat aut ex pluribus ſingula.ex pte totũ.ut in puppi ferit unda.aut me iiſdẽ parietibus tuto eſſe teſtũ ꝑ eadẽ domo.Hũc tropũ grãmatici metonymiã mẽorauerũt.Catachreſin ẽt græci.quã nos abuſionẽ dicius.ut cũ phibẽus naturã deo℞ pro ipſa ſubſtantia.In coniunctis uero uerbis orationiſq; contextu ſeruanda ſunt hæc.ut cõſtructio coagmentata.& cõcluſio perfecta perueniat.& quodam ſchemate ipſa dictio uenuſtetur.Iam cõpoſitionis præcepta percurram.cuius uitium eſt maximum Hiulcas & aſperas uoces.fræuos.Iotaciſmos.Metaciſmos.Labdaciſmos.Homœpropheron.Diſpropheron.Polyſygma nõ uitare.uel cuiuſlibet literæ aſſiduitatẽ i odiũ repetitã.ut ſale ſaxa ſonabãt.& caſus Caſſãdra cãebat

¶ Metaciſmus eſt cum uerborum cōiunctio litteræ M aſſiduitate colliditur: ut ſi dicas Maiam ipſam ama quaſi meam animam.

¶ Labdaciſmus eſt: cum. L. plurimum diſſonat: ut ſi dicas Sol & luna luce lucent albam lacteam.

¶ Iotaciſmꝰ ut ſi dicas Iunio Iuno Iouis iure iraſcit.

¶ Polyſigma ubi ſcilicet crebrius geminatur Soſia in ſolario ſoleas ſartiebat ſuas.

¶ Homeo propheron eſt: o tite tute tati tibi tanta tyranne tuliſti.

¶ Diſpropheron ut ſi aliquis dicat perſuaſitrices præſtigiatrices atqꝫ indutrices tygres.

¶ Asperæ inter penultimū ultimūqꝫ uerbū maxime uitandæ: cuius exēplum ē: ſi dicas faleras ablatas gratis aut ſi iuret auriga per lora per flagella per fræna:

¶ Hiulcæ ſunt cū in ea parte quā dicimus ſimiles uocales ac ſimiliter longe colliſam hiantemqꝫ structurā faciūt: ut ſiqs dicat ſuſcepiſſe ſe liberos ſecūdo omine & ut Tullius pro Milone: auctoritate publica armare: quod quidē artem diſſimulans plerunqꝫ appetit uoluntate. Vitandū ſimul ne in eadē loco tres aut quattuor longas breueſqꝫ continue ponamus: neue i notiſſimos uerſus maxime heroicos ſtructura fundatur: iam biſcoſqꝫ uerſus: q̄uis eos Cicero non euitet: cum dicit: ſenatus hæc itelligit. conſul uidet & heroici uerſus finē: uel initium non declinet dū dicit: o miſerū cui peccare licebat: & in academicis latent iſta omnia. Varro magis obſcurata & circunfuſa tenebris: & in uerrinis ple-

nū uerſū q̄dē ſyllaba iutiliter fudit cū dicit cū loqueretur tāti fletus gemituſq̧ fiebāt: nec finē uitauit elegi. Sicut ait oderat ille bonos. Incurrit etiā in hendecaſyllabi phaleucii petulantiā cū dicit ſucceſſit tibi Lucius Metellus: Hic tn̄ uir & lōgo ope & ipſa ſui maieſtate defenditur. Cæterū in clauſulis uitioſiſſimū reperit̄. Aiaduertendū āt ne cū ſimilitudinē uerſus effugiamus: bonā clauſulā trāſeamus: ut ſi timeas dicere ſtrepitūq̧ plagatū: cū plaga lōga ſit: & bonā clauſulā fecerit. Vitandū etiā eodē loco cacēphatō uel iterpoſitiōe uel cōmutatiōe uerboꝝ ihoneſta. n. exēpla ſūt: ut ē arrige aures pāphile atq; crepitæ uirgis irā i hiſ. n. ſordeſcit oro. Vitādi & frænī: q̄ fiunt ex aſpimis litteris i unū cōcurrētib9. Ter. i ecy. ꝓ pol q̄ paucos repias meretricib9 euenire amatores Syra: & ab iiſdē litteris icipiētia: ut ē illud iudiciū iudicii ſimile iudices: & i eadē deſinētia: ut fortiſſimoꝝ ꝓximoꝝ fideliſſimoꝝq̧ ſotioꝝ i eodē uitio habent̄. Itē pœnitus fugiēdū breues ſyllabas continuare q̄plures ut eſt illud Sereni: Perit auipedes animalia leporis.

¶ De pedibus in oratione ſoluta.

His breuiter itimatis pedes ſūt aſſerendi: q̄bus clauſulæ decēter appetent̄: quos q̄dē Ci. q̄dā ꝓmixta cōfuſione perturbat: cum dicit modo de trocheo ionicū cludendū: modo pæonē primū ꝓbat incipiētibus: mō finiētibus: Pari modo docimiū qui cōſtat ex breui duabus lōgis: breui & lōga cuius exēplum pōit amicos tenes: Itē amphimacrū pedē & rurſū dactylicū laudat nūcꝝ mō anapeſticū: mō duābū laudat: nec tamen certa ſentētia eſt ego tn̄ cōpēdioſiora ꝓcurrā: ut

ut in hac ſylua quibuſdã uidear perire tramitibus.

De monoſyllabis.

IN monoſyllabis iſpiciẽdũ utrũ finalis longa breuis ue ſit:ſi.n.lõga ſit ꝑire dꝫ trocheꝰ: ut ẽ illud Ci.nõ ſcripta:ſed nata lux aut debet eẽ legũ i rep· pria uox quæ tñ pẽdenti ſenſu apta cõcluſio. Aut uero ſi breuis fuerit monoſyllaba. Iãbꝰ aut anapæſtꝰ ãtece- dit:ut ait Saluſtius. Tota ãt iſula modica & culubꝰ ina nis eſt breuẽ uero breuis aut lõga nõ ſine uituperatiõe ſectat̃:ut ſi uertas iſta res mea ẽ:aut cõtra ut Cice.ꝓ li gario nõ tu eũ pña priuare qua caret ſed uita uis.qđ uo lũtate orator nõ errore cõpoſuit.uerũ hoc de monoſyl labo ſupiꝰ ꝓceptũ.i collo meliꝰ collocãus.aut cõmate: nõ i fine ſniæ

❡ De Diſſyllabis:

DIſſyllabi uero Iãbico nũero claudũt̃ ñ ucr̃ ſed ſi penultiũs ſpõdeꝰ mox iãbꝰ aptet̃ ut ſi dicas tẽui ſeruos meos aut phyrichiꝰ ꝓ iãbo ut cõſul uidet at bõa clauſula ẽ ex iãbo & ultio trocheo:ut ſiqſ dicat pñã cõtiet bonꝰ ciuis:uel aſſerit caput legis. Cauẽdũ ẽ ãt ne aut duo Iãbi.aut iãbiꝰ & phyrrhichiꝰ i fine ponãt̃:ut ſi qs dicat pugnauer̃ iuuẽs ꝓ parẽtibꝰ ſuis. Cauẽdũ ẽ ẽt ne pyrrhichiꝰ poſt pyrrhichiũ uẽiat & q̃ttuor breues fiãt:ut ſiqs dicat ꝑdidi bona mea.aut poſt pyrrhichiũ trocheus ſpõdeuſue:ut ſi dicas cõqueritur ſua fata aut i putat ſibi demẽs. Sed & trochæꝰ & iãbus uel pro Iãbo poſt trochæũ pyrrhichio malã clauſulã faciũt hũc.n.i finẽ elegiaci pẽtametri turpiter reddit. qđ eni itereſt utrũ dicas:oĩa nẽpe uides:an uero dicas aſpice fcã mea Bñ ãt ponũt̃ uel duo trochæi uel trocheꝰ & ſpõdeꝰ iſie

clauſulæ ut ſiqſ dicat hæc ē bonoꝝ ciuiū magna cura. aut hæc ſt̄ q̄ maximi pricipes ſola curāt. De triyſillabis

Riſyllabis clauſulā terminātib9 lex ē: ſi m ō cā uelis leniter fluere ut trochæo p̄cedēte penultimā moloſus ſubſeq̄t̄: ſiue lōgā hēat nouiſſimā ſyllabā ſiue breuē iure metrico: ut ē illđ Tul. mare fluctuātibus littus eiectis. Fit āt peſſima clauſula ſi ꝓ trochæo penulti mo ſpōdeū p̄locaueris: ut ſi dicas mar̄ fluctuātib9 nr̄is eiectis. Itē peſſima ſi ꝓ trocheo pyrrichiū p̄miſeris: ut ſi dicas mare fluctuātibus apis eiectis. Itē uitioſa ē cōcluſio ſi nouiſſimi moloſſi pria ſyllaba breuis fiat: q̄uis trocheo rite p̄miſſo: tūc. n. heroicū cōma naſcit̄: ut ſiqs dicat littus aicis. Itē bōa clauſula fiit ſi ꝓ nouiſſimo moloſſo ionicus minor ponat̄ poſt trocheū: ut ſi dicas: mare fluctuātib9 littus agitat̄. in hac clauſula cauēdū ē ne ꝓ trocheo penultio ſpōdeus ponat̄. Nā tūc ſi ſolueris tertiā moloſſi i uitiū cadit: i q̄le icidit Ci. cū dicit: ſi te ſemel ad meas capſas admiſero. Si āt penultio trocheo mediā moloſſi ſolueris pulcrā clauſulā feceris: ut ſi dicas littus emiliæ. Itē trochæo penultio pulchre ēt tertia moloſſi reſoluit̄: ut ſi dicas littus æquabile. Itē ſi trochei penultimā lōgā ſolueris & primā moloſſi ultimi: fit elegās clauſula ut eſt curas regere animorum:

¶ De figuris ſentētiaꝝ.

Sniaꝝ āt figuræ hæ ſūt. Ironia. i. ſimulatio i q̄ aliud uerbiſ ſignificamus aliud re ipſa ſentius: ut ē pricipiū ꝓ ligario. Nouū crimen. C. Cæſar.

Paralipſis ē præteritio cū p̄termittētes quædā nihilominus dicimus.

Apoſtrophe ē i aliquē diſtricta conuerſio freq̄ns apud

Ciceronem ac nobilis figura:hoc eſt:cũ in aliquem ſic conuertimus actionem.ut ex ea iudices doceamus.

Diaporeſis ẽ dubitatio qua figura utitur cũ ueluti dubitãtes ab ipſis iudicibus aliquid cõſilii poſtulãus.ut ẽ ꝓ Cluẽtio.Eqdẽ quo me uertã iudices neſcio.& ꝓCorne: cõtra nobiliſſimoꝝ hõinũ ſtudia.cõſilia.rõeſqꝫ apiã etc.

Entorẽa ẽ interrogatio qua figura ut i ur.cũ interrogãdo aliquid aceruamus & exaggeramus eius inuidiam.

Pyſma ẽ quæſitũ.q̃ figura a ſupiore eo dr̃t:qꝫ illa iterroganti una uoce tãtũ reſponderi põt:q̃ſito ãt niſi pluribus reſponderi nõ põt:ut cũ dicius:Q ua igitur rõe bellũ gerans? q̃ auxilia nobis parata erũt? qs erit q ſubuenire uelit? cũ tã accerbe ſocios tractaueríus. Diatyphoſis ẽ deſcriptio uel deformatio cũ reb9 pſoniſqꝫ ſubiectis & formas ipſas & hitus ex primimus:ut Tul: pro Milone. Si hæc nũc geſta audiſtis:fcã uideritis:& Milonẽ i rheda ſedẽtẽ penulatũ cũ uxore.Itẽ clodiũ cũ equo & delictis uillã egredientẽ. Antiſagoge eſt cõtraria iductio.hæc figura eſt cum aliqd difficile & contrarium conſerius.ut Ci.de rege Pto.difficilis rõ belli gerẽdi ac plena fidei plena pietatis. Diaſyrmos eſt eleuatio uel ipreſſio:i hac figura laudãtes que dn̄r ab aduerſariis diſſoluius.q̃lis ẽ in Mureniana totus ille i ſulpitiũ locus de iure ciuili. Metatheſis eſt trãſmutatio quædã hoc eſt cum rem a nobis alio trãnſmouemus.ſed non ita ut ibi totam cauſam conſtituamus. alioquin ſtatus. incipit eſſe non figura.

Chiri conſulti Fortunatiani Rhetoricorum Libri Tertii & ultimi Finis.

¶THEODORVS GAZES Theſalonicẽſis Luchino de Medicis. S.D.P.

FECI mi ſuauiſſime Luchine q̃d a me tam uehemẽter petieras. quũ.n. Dionyſius Halicarnaſeꝰ d̃ nuptiis: ac natalitiis dicẽda græce tradidit: ea tibi lati e tradixi. Q uãq̃ id q̃dẽ iur̃ optio negar̃ potuiſſem. Cũ & hõ ſim græcꝰ. & ad hoc dicẽdi genꝰ hoſpes: ut uides plãe ueniã. Veꝝ q̃d aliquo mõ fieri a me põt: nõ mihercule meis poſſim aicis negare. Ea i re p̄ſeti q̃ bñiuolẽtiã ſũmã: arogãtiã nullã p̄ſe ferat. Q uis.n. uſq; adeo i me iudex acerbꝰ atq; iiquus eẽt: oiſq; offic.i amicitiæ ignarus, ut id mihi arrogantiæ daret. Cũ latini q̃dem ſermõis auditorẽ eẽ me auidũ fatear, auctorẽ oio negẽ: idq; ob eã maxie cãm ſuſcepim: ut ex auctoris nr̃i præceptis quẽ cupiſti fructũ capias: atq; ex meoꝝ: ut ita dicã uerboꝝ iculto horridoq; cãpo: ſiaꝝ optiaꝝ floſculos illius coligas atq; delibes. atq; eo libẽtius tibi morẽ gerẽdũ cẽſui. quo ea q̃ ego i alienũ cõuerti ſermonẽ nõ eo ornatu quo dici debuer̃. tu patriæ elegãtia cõdir̃ facile poſſis: atq; ꝑpulchre ueſtire. q nos ob iopiã nuda ꝓtulimus. Q uod ut oio facias: ãteq̃ foras edãt̃: magnopere te rogo. eteni ſi utilitatẽ elocutionis dulcedini admixtã: hũerit: oibus ſane & legẽda magis & imitãda uidebũt̃ ſi q̃d eſt præterea i quo ſtudiis tuis opa mea utilis eſſe poſſit: fidenter ſane atq; uti oia uerbo complectar uno amice petas uelim. Ois.n. ꝓ te ſuſceptus labor: ut quies

mihi atq; oblectatio uideatur ſingularis noſter amor ef ficiet. Vale Mantuæ idibus quintilis.

Dionyſii Halycarnaſei Præ cepta de oratione nuptiali.

EST mihi profecto iucũdiſſimũ tuis iſtis iterẽ nuptiis mi cariſſimũ caput: choroq; oĩ ac ſaltatiõe tecũ delectari: & matriõium q̃d paulo poſt cõficiẽtur laudibus ſummis efferre atq; hymeneũ canere: quẽ apud nuptias dici deceat. Sed quoniã nos uinculũ hoc litterarꝝ eruditioni ſq; præſentis corporib9 & locis ſeparat. abſit eni ut animi unquam affectione: beniuolentiaq; ſe iungamur. Iccirco tanq̃ aliquod munus ad cõficiendas ornandaſque nuptias: hoc a me uelim habeas ut nõ eorꝝ expers ſiſ quæ de nuptiis dici ſoleant: ſiue id apud te ipſe ſeruare. ſiue etiam alicui quaſi munus q̃dam ad gratiam conficere uolueritis. Tu igitur & alias fortaſſe huiuſmodi orationem exercitationi mandaſti. Dum primam rhetori corum uiã admodũ iuuenis apud me in greſſus: cum cæterarum conſcribẽdarum: componendarum ue exercitationum ac meditationum rhetorico ſtudio flagrabas: tum ea: quæ queſtiones appellantur: & eas quæ maxime ad matrimoni orationem: atque hortationem: ad rem ipſam pertinẽt diligenter perſequebaris. Nam id maxime ex ominib9 ad ſcribendum ſumitur ab adoleſcentibus. Si uxor ducenda ſit. Oratio autem que nunc uobis in manibus ẽ: i eiuſmõi orationũ gñe uerſat̃ nec ab eis diſſentit q̃bus quæſtionib9 utiur. Et.n. a diis incipiẽdũ eſt eos. ſ q & ĩ uenerunt & oſtenderunt nuptias hoibus. Enim uero

Iupiter & Iuno primi coniungentes & copulantes: per inde ille omnium pater appellatur: hæc coniunctrix q̄ fœminam mari coniugeret: atque ab ipſis diis cœtus reliquorum deorum ad humanam uitam acceſſit: qui nuptiis præſidentes nuptiales & natales hoc modo nominantur: & matrimonium fuiſſe cauſam: ut ipſi dii nominentur atq; colantur. Nam ſi matrimonia non eſſent: non eos in honore & cultu homines habuiſſent. Deinceps de natura dicendum eius id opus eſſe procreare: & concipere: idq; per omnia eius opera & animalia & plantas tranſire. Tum differentiam coitus: & conſociationis humanæ adducendum. Alia quidem imprudenter & temere coire hominem autem ordinem quendã & legem matrimonii reperiſſe. Non enim gregatim inſtar belluarum cohire permiſit. Sed coniunctionem & ſocietatem duorum commodiſſimorum per totam uitam molitus eſt. Quo in loco dicendũ homines a fera & uaga: errantiq; uita liberatos. mãſuetam & modeſtã uitam per matrimonium habuiſſe genuſque hominũ cum eſſet mortale per coitum & cõmune matrimonii uinculum mortale factum eſſe. Nam ſucceſſione poſterorum ueluti lumen accẽditur: & poſteritate p̄ generationem hominis permanens nunquam extinguitur: quare id iure aliquis munus optimum ac pulchrũ dixerit non pecuniarum: nec poſſeſſionum quarũdam: ſed ipſius naturæ: atque generis. Deinde explicandũ quo bona eis contingant: qui uxores duxerint. Primo ad dignitatis exiſtimationem: cum eam tum magis aſſequi

immortale.

poſſint. A nuptiis ſtati icipientes fructũ tpantiæ capere: uirtutis pulcheriæ. Eni uero mr̃imoniũ cõtinuo facit ut hõies tẽperãtes habeãt. Nã q ſe ad id cõtulerũt ab ille gitimo coitu liberati: ad ſolã dũtaxat ſuã qſq; uxorẽ aſpicere uidenť. qd fieri neceſſe ẽ ut ſint & magis honorãdi: & fideliores: ac bẽiuolẽtiores erga ſuas patrias oib9 i reb9 habeanť. Cũ ſuos filios q̃ſi obſides patriis dederint. quãobrẽ i cõſiliũ ẽt magis eos accipi neceſe ẽ. Q ui etiã ad dolores oẽſq; res moleſtas matrimoniũ utiliſſimũ ẽ. hoc. n. tanq̃ onera leuiora reddit: Dũ rer̃ aduerſarũ ac difficiliũ conſortes uxores hẽamus. & hac cõitate magnã cõſolatiõnẽ capiamus: quare fit: ut res iocundæ multo iocũdiores uideanť ẽt. cũ nos nõ iter nos ſolũ delectaremur. ſed eos ẽt hẽremus q̃ nobiſcũ celebrent. ac delectenť. liberos: uxores cæteroſq; cõſanguineos: atq; dies feſti & celebritates: iccirco ſuauiſſimæ ſũt. ꝙ inter multos efficianť. qua qdẽ re affinitates ẽt augeri neceſſe ẽ. & hãc rẽ eſſe iquies q prio habitatões. deide pagos deide ciuitates cõſtituit. Ex affinitatibus uero id ẽt efficitur. ut & rer̃ notitiã maiorẽ habeamus & cũ extremis hoibus cognatiõe iũgamur. Poſtea cõprobandũ & mẽtio matrimonior̃. ꝓbatorũ aut antiquor̃ faciẽda. & bona quæ ꝓpterea hoibus cõtigerint explicãda. & depulſionẽ omniũ pene rer̃ aduerſar̃ matrimonio cõtingere poſſe oſtẽdendũ. ut Menelaus ꝓpter matrimonium helenæ imortalis fuerit. & peleus pp uiculũ thetidos. & demetus propter alceſtem mortem fatalem aufugerit. V bi uero de his ſatis dixeris precibus utendum quæ de nuptiis, procreationemque liberorum. petitionem

bonorum:depulſionem malorum contineat. Tum uer bis quaſi formandum:& predicendum uitã ipſã. quæ cum uxore & liberis eſſet fortũa uidelicet chorum libe rorum aſpectu iocundiſſimum adeſſe:& quodã modo ad iuuentutem redire:atq; iterum cum ſuis liberis ado leſcere. Tum enim uel ea quæ ipſe iuuenis fecit com memorari ſolent. eorum aut ẽ memoria quæ pueri feci mus iocundiſſima eſt nec aliud ẽ qđ rurſus nos reuiui ſcere faciat. Siquis igitur ſuã uidẽs imaginẽ rẽ inaniatã delectat̃ Q uãto magis đlectari debeat:dũ eã ñ inaiem uidet ſed & aiatã & non unã ſed multas ſiqd ita cõtige rit. quo:in loco mẽtio itẽ nõnulla tã hiſtoriaꝝ facienda ẽ Q uod ꝑpter filios formati fuerũt:Q uod a ſe mala ꝑ pulerit. atq; auerterit:& anchiſe opera æneæ contigerit Nec eoꝝ ꝑſonas omittẽdũ. q uinculo matrimõioꝝ colli gant̃:ſed eoꝝ quoq; laudes dicẽdũ. aliquãdo i pricipio aliqñ i fine. Nã nobiles & glorioſi ſint i pricipio lauda bis. ſin ãt miores qdã eſſent ſũ mittes. & poſt oia dices. Laus uero q̃ i laudatiõib9 dicit̃ habebit & locos eoſdẽ a patria gñe:a natura:ab æducatione. æq̃les & ſimiles: & cærtos ãbos eẽ. Præterea ſic ex eadẽ patria ſint. Iã pridẽ eos loco familiariter eẽ cõiũctos ſin ãt ex diuerſis a diis eẽ in hãc ſocietatẽ coactos. Itẽ ſi ex eodẽ gñe ſint. Aug mẽtũ & cõſãguinitatis familiaritatẽ aliã ſup alia fuiſſe: atq; uiculũ mul o firm9:& ualid9 effectũ eẽ. Cũ ãt ex uariis & diuerſi ſtudiis ſint ut militiæ ut litteraꝝ cõcẽſũ hũc utiq; optimũ eẽ ſapiẽtiæ fortitudinẽ eẽ adiũctã. & optios fore: q ei9 mõ parẽtib9 naſcãt̃ cõſẽtaneũ eẽ. Sin

aũt ipſe ducat uxoreẽ: qui orationeẽ hẽbit: de hoc ipſo facere ſatis exordiẽdum queẽadmodũ nunc tibi faciundum eſt: ꝙ ſi amatores laudare ſoleãt quos ĩ delitiis habent: multo magis eũ deceat matrimoniũ laudare: ꝙ ſuas delitias & una litteris ac eruditiõe uel hoc in tẽpore utendũ eſſe. Dictiõe uero mediocri utendũ accedendũ ꝙ quã ꝓpe Cenophontẽ & Nicoſtratũ: niſi in paucis opus fuerit ad grauitatẽ orationẽ extollere. ubi. ſ. magnitudinẽ quandã ſententiaꝶ impellat.

## ¶ Dionyſii Halicarnaſei Præcepta de oratione natalitia.

SEquitur oratio q̃ ĩ natiuitatibus dici ſolet. Natiuitas enim matrimoniũ ſequatur neceſſe ẽ quã & ipſam hoc mõ efficere oportet. Quippe quoniã principium natiuitatis cuiuſq; ipſe dies eſt: in lucem uenit primo de die pauca dicendũ quaſi laudem occaſionis cuiuſdã atq; oportunitatis. Notatis ſcilicer & explicatis: ſiiqua hic ꝓpria præter alios dies habeat. ut ſi calendis natus ſit menſis principiũ eſſe. Principiũ uero omniũ optimũ eſſe. ut oĩa ex principio fuiſſe & dimidium eẽ totius. aut totũ auctore Platone. Sin autẽ dies ſeptimus aut ſextus ſit: ſacros hos dies diiſq; dicatos eẽ: & cõmunitatẽ quandam eẽ cum diis imortalibus oportunitate natiuitatis. De nono præterea dicere poſſis ſoli conſecratum eſſe & inſignem hunc hominem fieri conſentaneum eſſe & fortaſſe beneficium quemadmodum ſolis natura eſt.. Sin autem quintuſ-

decimus ſit:hunc etiam ad Mineruam referri:& in hoc pleniluniũ eſſe perfectum:& eiuſmodi Natiuitatem nulla re egere: ueriſimile eſſe Eodem autem modo de reliquis diebus.etenim eos quoq; aut principio aut fini accomodabis: rebuſq; conſideratis quas afferre poſſis laudẽ facere conaberis.Poſt diem uero tempus cõſide rãdum quale ſit:& omnẽ tempeſtatem aut hyemis:aut ueris aut reliquarum partiũ anni:quemadmodum in lu dorum laudibus diximus.hyemi fortitudinem attribu entes:Veri ſuauitatem & uenuſtatem:æſtati agrorum fru ctus & copiam oĩum bonorum.Reliquo autem tẽpori uacationem operũ & quietem.Præterea quæ nonnũq̃ temporibus accidant ſignificare oportet.ut ſiquis die fe ſto natus:ſit uidelicet aut bacchanalibus:aut myſteriis aut quibuſdam ſolẽnitatibus.Hæc enim omnia facul tatem & ad laudem præbebunt.Poſtea ueniẽdum ad locum:ubi aliquis natus eſt.& primo ab eo quod natio nem cõtinet ut aſiam:europam:& eiuſmodi rurſũ gre cos aut barbaros.aut ſapientiam aut fortitudinem na tionis.aut aliquid eiuſmodi dicere.Deinde ab eo quod continetur:ut quæ urbis eſſet ipſa ſi principalis & qua ſi mater omnium:aut ſi honore proxima ei ſit:quæ pri mas dignitates habeat:Si magna:ſi populoſa:ſi ad uir tutem hominum fœcunda & fertilis.Aut ſi quid aliud probitatis de urbe diceretur.Tũ ea quæ in urbe conti nent:ut q̃lis familiæ ſit:nõ ignobilis ſed nobilis.ex qb9 patribus & maioribus quorum & ipſorum laudẽ breui aſtri ges.prout res copiam ſuppeditẽt.Deinde ueniendum

ad eius laudẽ cuius dies natalis ẽ:& qualis ſit ei9 natu-
rartũ magnitudine tũ uiribus explicãdũ:ſi magnus ſit
ut Aiax:ſi pulcher & fortis:ut Achilles:Si prudẽs: aut
iuſtus aut tẽperans pſonas cõgruentes aſſerres: Neſto
rem: Themiſtoclẽ:Ariſtidem:Photionem. Si mitis.&
frugiſit excandeſcẽtia quadã laudabili cõdita mãſuetu
dine præditũ eſſe:ad agendũ efficacem eſſe:Sinautem
paruus ai uirtute magnũ eẽ:ut Tydeus & Conõ. Præ-
terea qualẽ uitã degere maluerit ſi lautus quidẽ & ele-
gans ſit.ſi magnificus.qualis erga priuatos.erga ciuita
tem tũ liberalitate.tum cæteris rebus. quæ ad honoris
ſtudia ptinent.Itẽ ſi ſciẽtiæ cuiuſdã peritus ſit mediciæ:
aut rhetoricæ aut philoſophiæ laudẽ ab his expoſitæ
adducere oportet.eis.ſ.explicatis ad quæ ſcia eſſet uti-
lis.ſic enim multiplex & diffuſa fieret oratio.ut cõpræ
hendi poſſit q̃lis iam fuerit.qualis in p̃ſenti tpe ſit.qualẽ
q̧ fore i poſterũ ueriſimile ſit.Q uo cũ uenerimns: nõ
utiq̧ alienũ nec abſonũ foret precibus a diis petere. tã
ab aliis q̃ ab his qui natiuitatibus præſident ut ei uita fu
tura melior q̃ præterita cõtingat multis tẽporũ ſpatiis
cõfectis ad ſenectutẽ lætã & fœlicẽ perueniat.

¶ Dionyſii Halycarnaſei Præcepta de epithalamiis.

ANte orationẽ de natiuitate.id eni me q̃ſi p̄te-
rierat ob tumultũ & turbationẽ diſceſſ9. Se
quit᷑ maxie orõ.q̃ dici apud thalamũ ſoleat.
& ea certe attingit q̃ ſepatim dicunt᷑: Nã una & eadẽ
ẽ cũ nuptiali oratiõe præter hoc quod tẽpore differat.
hæc.n.nuptiis iã confectis dicitur:ſed ceteris in rebus

orationi pdíctæ oio reſpondet.&poſt nuptias q̄ſi loco hymeneoꝝ caníť.Sũt igiť uel apud. Sappho exẽpla huiuſce generis q̄dã.ſ.cãtilenæ q̄ epithalmius iſcribiť Sed qm̃ nõ eadẽ ẽ tractatio carminis & ſolutæ orõnis ſed ut metris & ſentẽtiis ita differũt hanc etiã oratiõnẽ hoc mõ cõmode diſponi poſſe exiſtio..Si qdẽ hoc ipſũ cõtinuo i exordio pdixeris:quod alii qdẽ hymeneũ canere cõſueuerũt.nos hymene i loco orõnẽ habemus: nõ fiſtulis aut citharis aut aliquo cantu eiuſmõi ſed eorũ laudibus & hymnis q matrimonio coniũgunť De inde matrimoniũ neceſſariũ eẽ hominibus.id.n. ſalutẽ generis hoium tueť.& reliqua dices quæ p mrĩmoniũ bona cõtingãt.Tũ ad eoꝝ pſonã ueniendũ q̄ in mrĩmoniũ cõuenerit:& explicãdũ quales ſint quo loco de eorũ genere:& educatiõe dicendũ & pulchritudie corporum:& de ætate.& quot bona fortũæ hẽant.& de eoꝝ ſtudiis & officiis.Eos præterea opam dediſſe ut matrimoniũ ipſaqꜫ coniunctio efficereť & quo aio ſint eius matrimonii cã. familiares alieni ciuitaſqꜫ ipſa publice oibus plane matrimoniũ ſtudio eſſe:Simileqꜫ oio uel celebritati cuipiã.uel calẽdis uel feſtis publicis.Ad hæc itẽ queẽadmodũ i nuptialib9 diximus eẽ cõſiderandũ ſi ex eadẽ patria:ſi ex eodẽ genere:ita in his quoqꜫ ptẽ hanc orõnis nõ puiſaciẽdã eẽ cẽſemus.Poſt laudes aũt & laudatiões hortatio q̄dã addẽda ẽ ad eos.ſ.q i cõnubio copulanť:ut inter ſe alter alterius ſit ſtudioſus:& q̄maxime ſint concordes.atqꜫ bona quæ ex eiuſmodi concordia & amore contingant præferenda ſunt oratione

ab re cõmuni ad ꝓpriam deducta:concordiá ſilicet:cũ omnibus hominib⁹ bonoꝝ cauſa ſit:tũ maxie his q ſe matrimõio cõiunxerit.id qđ ad illud Homeri referẽdũ recto ſane iudicio comprobatũ:nullum bonum maius eſſe:ꝙ dum cõcordes ædes habitet uir & uxor quanto: ob eã rẽ inimici dolore quãtaq; uoluptate amici aſſiciãt Poſtremo precib⁹ utẽdũ.ut quãprimũ liberi ꝓcreent quo nuptias eoꝝ deoꝝ uideamus: hymenæumq; cana mus: & materiã orationũ huiuſmodi iteꝝ habeamus.

❡ Dionyſii Halycarnaſei de oratione nupti ali.de oratione natalitia:de Epithalamiis. Finis:

❡ Oratio nuptialis:

NOn mediocrime onere dicendi leuatũ eſſe in telligo priceps illuſtri.ac uiri magnifici:Cũ đ rei uxoriæ laudib⁹ac dignitate tã multa totiẽſ ſcripta pronũciata corã eẽ recordor. Q uæ ſi repetere uoluero id quidẽ erit auditorẽ nõ delectare.ſed audito rem obtener.Cõiungit ſi quidẽ commendata eſt hone ſtas:quæ ſic uxori maritũ copulat:ut ad illicitos euaga ri cõcubitus mime ſinat.ꝗ præcipue re a brutis homo plurimũ differat animãtibus.Illius quoq; laudata ẽ uti litas cũ tot charitates:bñiuolẽtiæ tot affinitates.elluces cũt:ut hic ciuitates orianť cõſeruẽť.angeãť.& qđ ma ius ẽ & mirabili⁹ gen⁹hũanũ qđ natura mortale ẽ quo dam mõ imortale rediť.Ipſi⁹ ẽt ꝓbata eſt delectatio: quæ cũ i reliquo uiri & uxoris cõiũctu uaria ſit:& multi plex tũ uero illđ precipue iocũdiſſimũ parit ꝙ facit dul ceq; patris cognoſceř nomẽ:ac dulces pẽdeř ad oſcula

natos hæc cum crebro ut dixi prolata ſint:de connubii honeſtate:cõmodis:ac iocunditate in preſentia dicere ſuperſedebo. Inuitãte præſertim ad breuitatem huius excelſi principis noſtri ualitudine. Sponſi tamen ac ſpõ ſæ laudes tantum attingende. Et id quidem breuiter. Ea enim res:& maiori tempore:& magno indiget lau-datore. Nam quis pro dignitate cõmendauerit ugutio nem contrarium.genere clarum ſed uirtute clariſſimũ: cuius eximia in diſpiciendo prouidentia:in decernẽdo prudentia:in conſulendo grauitaſ:in gerendo magna-nimitas:eum per ora atq; aures uirum uolitare facit. ip-ſius quoq; res domi ac militiæ geſtæ q̃plurima inter ui-uentes adhuc præ ſe ferunt teſtimonia. in quibus illu. principis noſtri.cui carus eſt ut filius:amatus ut frater honoratus ut pater:huic tali digna uiro coniungitur: Camilla uirgo caſtiſſima : cuius ea eſt prudentia: ho-neſtas:moderatio:matronaliſq; grauitas:ut Marco pa-tri uiro clariſſimo:fratribus magnificis:& uetuſtiſſimæ priorum proſapiæ bene reſpondeat ut q̃tum uiro ugui tioni ornamenti allaturus ſit: tantis & receptura. Deus igitur imortalis oratus & exoratus a nobis ſit: ut huic fauſto:& felici coniugio propitius ac fauẽs adſit: & ſic adſit:ut quantum celeberrima ferrariæ ciuitas ugutiõe gloriatur:tantum utriuſq; liberis hoc præclaro matri-monio naſcituris glorietur in poſterum.dixi.

FINIS.

## ¶ CHIRII Conſulti Fortunatiani Dialectica.

DIALECTICA eſt bene diſputãdi ſciẽtia. Diſputamus autẽ utiq; uerbis. Verba aũt aut ſimplicia: aut coniuncta. Simplicia ſunt quæ unum quiddam ſignificãt: ut quũ dicimus homo equus diſputat currit. Nec mireris ꝙ diſputat q̃uis ex duobus cõpoſitũ ſit: tamẽ inter ſimplicia numeratum ẽ. Nam res illuſtratur definitione. Dictum eſt enĩ id eſſe ſimplex quod unum quiddam ſignificat: itaq; hoc includitur hac definitione qua non includitur quũ dicimus loquor. Quamuis enim unum uerbum ſit: non habet tamẽ ſimplicem ſignificationem: ſiquidem ſignificat etiam perſonam quæ loquitur: ideo iã obnoxiũ eſt ueritati aut falſitati. Nã & negari & affirmari põt. Oĩ itaq; prima & ſecũda ꝑſona uerbi quãuis ſingillatim enũcietur: tñ inter coniuncta uerba nũerabitur: quia ſimplicem nõ habet ſignificationẽ. Siquidẽ quiſquis dicit ambulo & ambulationẽ facit intelligi & ſeipſum qui ambulat: & quiſquis dicit ambulas: ſimiliter & rem quæ fit: & eum qui facit ſignificat. At uero qui dicit ambulat: nihil aliud q̃ ipſam ſignificat ambulationẽ: quã obrẽ tertia ꝑſona uerbi ſemꝑ inter ſimplicia numeratur: & nõdũ aut affirmari aut negari põt: niſi quũ talia uerba ſunt: quibꝰ neceſſario cohæret ꝑſonæ ſignificatio cõſuetudĩe loquẽdi ut quũ dicimus pluit a ut ningit etiã ſi nõ addatur quis pluat aut ningat: & tñ quia intelligitur non põt inter ſimplicia numerari. Coniuncta uerba ſunt quæ ſibi conne-

xa res plures ſignificãt:ut quũ dicimus hõ ambulat: aut hõ feſtinans ĩ montẽ ambulat & ſiquid tale. Seu coniun- ctoꝝ uerboꝝ alia ſunt quæ ſnĩam cõprehẽdũt: ut ea quæ dicta ſũt expectant aliquid: ut ea ipſa quæ nũc diximus. Si ſubtrahis uerbũ qđ poſitũ ẽ. Quãuis enĩ uerba con- iũcta ſint: hõ feſtinãs ĩ montẽ: tñ adhuc pẽdet orõ. Sepa ratis igitur his cõiũctis uerbis quæ nõ implẽt ſnĩam re- ſtant ea uerba cõiũcta quæ ſnĩam cõprehẽdũt. Hoꝝ itẽ duæ ſpecies ſunt/ aut enĩ ſic ſnĩa cõprehenditur ut uero aut falſo teneatur obnoxia: ut eſt oĩs hõ ambulat: & ſiqd hmõi eſt. Aut ita impletur ſnĩa/ ut licet ꝑficiat ꝓpoſitũ aĩ affirmari tñ negariue non poſſit/ ut quum ĩperam9 op- tamus/ quum execramur & ſimilia. Nam ꝗſꝗs dicit per ge ad uillam/ uel dii illum ꝑdant: non poteſt argui ꝙ mẽ tiatur: aut credi ꝙ uerũ dicat/ nihil. n. affirmauit aut ne- gauit. Ergo ne tales ſnĩæ in quæſtionẽ ueniant ut diſpu- tationẽ requirant: ſed illæ quæ requirũt aut ſimplices ſũt aut coniunctæ. Simplices ſunt quæ ſine ulla copulatiõe ſnĩæ alterius enũciantur/ ut eſt illud quod dicimus. Oĩs homo ambulat. Coniũctæ ſunt de quarum copulatiõe iudicatur/ ut eſt/ ſi ambulat mouetur. Sed cum de cõiũ- ctione ſententiarum iudicium fit/ tam diu eſt donec per ueniatur ad ſummã. Sũma eſt aũt quæ conficitᷣ ex con- ceſſis/ quod dico tale ẽ/ qui dicit/ ſi ambulat mouetur, ꝓ- bare uult aliquid: ut quũ hoc non conceſſum eſt uerum eẽ reſtet illi docere ꝙ ambulet/ & ſumma conſequatur quæ iã negari nõ põt. i. ꝙ mouetur/ aut reſtet illi docere: ꝙ nõ mouetᷣ/ ut conſequatur ſũma/ quæ itẽ non põt nõ

concedi.i.ꝙ nõ ãbulet. Rurſus ſi hoc modo uellet dicere homo iſte ambulat: ſimplex ſnia eſt quam ſi conceſſero: & alia quæ aliquid expectant ad cõpletionem ſententiæ: ſniam comprehendunt: adiunxerit aliam: quiſquis autẽ ambulat mouetur: & hãc ẽt conteſſero: ex hac coniuncti one ſniarum: quãuis ſingillatim enũciatarum & conceſſarum illa ſumma ſequatur quæ iã neceſſario concedat̃ ſi. hõ iſte igitur mouetur. His breuiter conſtitutis ſingulas partes conſideremus: nã ſunt primæ duæ. Vna de iis quæ ſimpliciter dicuntur: ubi ẽ quaſi materia dialectica: altera de his quæ coniuncta dñr: ubi iã quaſi opus appet quæ de ſimplicibus ẽ uocatur de loquendo: illa uero quæ de coniunctis in tres ptes diuiditur. ſeparata enĩ coniunctione uerborum quæ non implet ſententiã: illa quæ ſic ĩplet ſniam: ut nondũ faciat quæſtionẽ uel diſputationẽ reqrat uocatur de eloquẽdo: Illa quæ ſic ĩplet ſniam ut de ſniis ſimplicibus iudicetur: donec pueniatur ad ſummã uocatur de ploquẽdo. Illa quæ ſic comprehendit ſniam: ut de ipſa ẽt copulatione iudicetur donec pueñiatur ad ſũmam: uocatur de proloquioꝝ ſumma. Has ergo ſingulas ptes diligentius explicemus. Verbum ẽ uniuſcuiuſq; ſignũ quod ab audiente poſſet itelligi ã loquẽte platum. Res eſt quicquid uel ſentit̃: uel itelligitur uel latet. Signũ eſt quod & ſeipſum ſenſim & præter ſe aliquid aio oñdit Loqui eſt articulata uoce ſignum dare: articulatam dico quæ comprehendi litteris poteſt. Hæc omnino quæ definita ſunt: & utrum hactenus uerba definitionis aliis definitionibus pſequenda fuerint, ille idicauit locus quo

definiendi diſciplina tradatur:nunc quod inſtat accipe intentus.Omne uerbum ſonat.quom.n.eſt in ſcripto non uerbum ſed uerbi ſignũ eſt:quippe inſpectis a legẽte litteris occurrit animo quid uoce prorumpat. Quid enim aliud litteræ ſcriptæ:q̃ ſe ipſas oculis præter ſe uoces animo oſtendunt.& pauloante ſigna eſſe diximus: quod & ſeipſũ ſenſim & præter ſe aliqd animo oſtẽdit.Quæ legimus igitur nõ uerba ſunt ſed ſigna uerborum:ſed ut ipſa littera cum ſit pars minima uocis articulatæ: abutimur tamen hoc uocabulo & ut appellemus litterã etiam quũ ſcriptum uidemus.q̃uis omnino tacita ſit. neq; ulla pars uocis ſed ſignũ partis uocis appareat.ita etiam uerbũ appellatur quum ſcriptũ eſt:q̃uis uerbi ſignũ.i.ſignũ ſignificantis uocis nõ eluceat.Ergo ut cœperam dicere:omne uerbum ſonat:ſed ꝙ ſonat nihil ad dialecticam. De ſono .n.uerbi agitur quũ quærit᷑ uel animaduertitur q̃ta uocalium uel diſputatione leniatur uel concurſione dehiſcat. Item Cõſonantiũ uel interpoſitiõe nodet᷑. uel cõgeſtiõe aſperet᷑ uel quot uel qualibet ſyllaba cõſtet:uti poeticus Rhithmus: accentuſq; a grammaticis ſolarum aurium tractatur negocio:& tamen quũ de his præter dialecticã non eſt:hæc.n.ſcientia diſputandi eſt.Sed cũ uerba ſunt rerum quando de ipſis obtinent:uerboꝝ autẽ illa quibꝰ de his diſputatur.Nam cũ de uerbis loqui niſi uerbis nequeamus:& quũ loqmur nõ niſi de aliqbus rebus loquemur:occurrit aĩo ita eſſe uerba ſigna reꝝ ut res eẽ nõ deſinãt:quũ ergo uerbũ ore ꝓcedit ſi pp̃ ſe ꝓcedit.i.ut de ipo uerbo aliqd q̃ratur aut diſputetur:res ẽ utiq; diſputatiõi

quæſtioniq́ꝫ ſubiecta. Sed ipſa res uerbũ uocat᷑: quicq̃d autẽ ex uerbo nõ aures ſed animus ſentit: & ipſo animo tenet᷑ incluſum dicibile uocat᷑. Rex ãt ipſa quæ iã uerbũ nõ eſt: neqꝫ ubi in mente cõceptio, ſiue habeat uerbum qđ ſignificari poſſit, ſiue nõ habeat nihil aliud q̃ res uocatur ꝓprio iam noĩe. Hæc ergo quattuor diſticta teneãtur. Verbũ dicibile. Dictio. Res. quod dixi uerbũ & uerbum eſt & uerbum ſignificat, quod dixi dicibile uerbũ eſt: nec tamen uerbnm ſed quod in uerbo intelligitur: & aĩo cõtinet᷑ ſignificat. Quod dixi dictionẽ uerbũ eſt. ſed quod iam illa duo ſimul. i. & ipſum uerbum & quod fit ĩ aĩo per uerbũ ſignificat. quod dixerim uerbum eſt quod præter illa tria quæ dicta ſunt quicquid reſtat ſignificat ſed exẽplis hæc illuſtrãda eſſe pſpicio. Fac igitur a quoq̃ grãmatico puerũ interrogatũ hoc modo. Arma quæ ps oronis eſt? quod dictum eſt arma propter ſe dictũ eſt. i. uerbum ꝑ ipſum uerbũ. Cæteꝝ nõ quod ait quæ pars oronis eſt. nõ propter ſe ſed ꝑꝑ uerbũ, quod arma dictũ eſt uel aĩo ſenſa uel uoce ꝓlata ſunt. Sed cũ aĩo ſenſa ſint ante uocẽ dicibilia erũt, quũ aũt ꝓpter id quod dixit proruperũt in uocẽ dictiones facta ſunt. Ipſum uero Arma quod hic uerbum eſt quum a Virgilio ꝓnunciatũ eſt dictio fuit. Nõ. n. propter ſe ꝓlatũ eſt, ſed ut eo ſignificarẽtur uel bella quæ geſſit Aeneas uel ſcutũ & cætera q̃ uulcanus heroi fabricatus eſt. Ipſa nõ bella uel arma, q̃ geſta aut uti geſta ſunt ab ænea ipſa inquã quæ cũ gererentur atqꝫ eſſent uidebãtur, quæqꝫ ſi nũc adeſſent uel digyto monſtrare poſſemus aut tãgere; quæ etiam ſi nõ

cogitentur, non eo tamen fit ut non fuerint. Ipſa ergo p ſe nec uerba ſunt: nec dicibilia: nec dictionẽ ſed res: quæ iam proprio nomine res uocatur. Tractandum eſt igit nobis in hac parte dialecticæ de uerbis, de dicibilib9: de dictionibus: de rebus, in quibus oibus cum partim uerba ſignificentur, partim non uerba, nihil eſt tamen de quo nõ uerbis diſputare neceſſe ſit. Itaq; de iis primo diſputetur, per quæ de cæteris diſputare cõceditur. Igitur uerbum quodlibet excepto ſono: de quo bene diſputare ad facultatẽ dialecticæ pertinet non ad dialecticam diſciplinam: ut defenſiones Ciceronis ſũt quidem rhetoricæ facultatis, ſed non his docetur ipſa rhetorica. Ergo omne uerbum præter id quod ſonat quattuor quidem neceſſario uocat in quæſtionem originem ſuam, uim, declinationem, ordinationem. De origine uerbi quæritur quum quæritur unde ita dicatur res mea ſentẽtia nimis curioſa & minus neceſſaria. Neq; hoc complacuit dicere quod ciceroni quoq; idem uidetur. Quis. n. egeat auctoritate in re tam perſpicua, q̄ ſi omnino multum iuuaret explicare originem uerbi, ineptum eſſet aggredi qđ perſequi profecto infinitum eſt. Quis. n. reperire poſſit quod dictum fuerit unum ita dictum ſit. Huc accedit q̄ ut ſomniorũ interprætatio, ita uerborum origo pro cuiuſq; igenio iudicatur. Ecce. n. uerba ipſa quiſpiam ex eo putat dicta q̄ aurẽ quaſi uerberat: imo inquit alius q̄ aerẽ. Sed quid noſtra: nõ magna lis eſt, nam uterq; a uerberãdo huius uocabuli originem trahit. Sed de trãſuerſo tertius uide quam rixam inferat, quod enim uerum nos ait

loquí oportet odioſumq́ꝫ ſit natura ipſa indicante menda cium, uerbum a uero cognominatum eſt. Nec ingeniũ quartum defuit, nam ſunt qui uerbum a uero quidẽ pu tant dictũ, ſed prima ſyllaba ſatis animaduerſa ſecundã negligi non oportere. Verbũ.n.quum dicimus inquiũt prima eius ſyllaba uerum ſignificat, ſecũda ſonum, hoc enim uolunt eſſe.bum.unde.Ennius ſonum pedum bõ bum pedum duxit.& boaſſe græci clamaſſe, & Virgili us reboant ſiluæ.ergo uerbum dictum eſt a uerum bo ando hoc eſt uerum ſonando:quod ſi ita eſt præſcribit quod hoc nomen ne quum uerbũ faeimus mentiamur. Sed uereor ne ipſi qui dicunt iſta mentiantur.Ergo ad te iam pertinet iudicare uerum uerbum a uerberando? an a uero ſolo:an a uero boando dictum putemus:an poti us unum ſit dictum non curemus, cum quid ſignificet intelligamus.Breuiter tamen hũc locum notatum : hoc eſt de origine uerborum uolo pauliſper accipias, ne ul lam partem ſuſcepti opis prætermiſiſſe uideamur. Stoi ci uincũt quos Cicero in hac re ut cicero uidet nullũ eſſe uerbum, cuius non certa explicari origo poſſit, & quia hoc modo eos arguere facile fuit, ſi diceres hoc infinitũ eſſe quibus uerbis alicuius uerbi originem interprætariſ eoꝶ rurſus a te originem explicandam eſſe, donec per ueniatur eo, ut res cũ ſono uerbi aliqua ſimilitudine cõ ueniat, ut quum dicimus æris tinnitum, equoꝶ hinnitũ: ouiũ ballatũ, tubaꝶ clãgorem, ſtridorem catenarũ. Per ſpicis enim hæc uerba ita ſonare, ut ipſæ res q̃ his uerbis ſignificant. Sed qa ſunt res, quæ nõ ſonant i hiis ſimili

tudínem tactus ualere, ut ſi leniter uel aſpere ſenſum tã gunt. Lenitas uel aſperitas litterarum ut tangit auditum ſic eis nomia pepererit, ut ipſum lene cum obiicimus leniter ſonat, item aſperitatem non & ipſo nomine aſperã iudicent. Lene eſt auribus cum dicimus uoluptas: aſperũ quũ dicimus crux, ita res ipſæ afficiunt ut uerba ſentiantur. Mel q̃ ſuauiter guſtum re ipſa tam leniter nomie tãgit auditum. Ac re in utroque aſperum eſt. Lana & Vepres ut audiuntur uerba ſic illa tangũtur, hæc quaſi cunabula uerborum eſſe crediderũt, ubi ſenſus rerũ cum ſonorum ſenſu cõcordarent, hinc ad ipſarum inter ſe rerum multitudinem proceſſiſſe licentiam nominandi, ut quum uerbi cauſa crux propterea dicta ſit, ꝙ ipſius uerbi aſperitas cum doloris quem crux efficit aſperitate cõcordet. Crura tñ nõ propter aſperitatẽ doloris, ſed ꝙ longitudine atq; duricia inter mẽbra cætera ligno ſimiliora ſic appellata ſint. Inde ad abuſionem uentum: ut uſurpetur tamen nõ rei ſimilis, ſed quaſi uicinæ. Quid enim ſimile habet ſignificatio parui & minuti: quũ poſſit ꝑuum eſſe: quod nõ modo nihil minutũ ſit, ſed etiã aliquid creuerit, dicimus tamen propter quandam uicinitatẽ minutũ pro paruo. Sed hæc abuſio uocabuli i ꝑtãte loquẽtis eſt. habet. n. paruũ ut minutũ non dicat. Illud magis ꝑtinet ad id quod nũc uolumus oſtẽdere: ꝙ cũ piſcina dicatur in balneis in qua piſcium nihil ſit, nihilq; ſimile piſcibus habeat, uidetur tamẽ a piſcibus dicta, propter quã ibi piſcibus uita eſt. Ita uocabulum tranſlatum ſimilitudine, ſed quadã uicinitate uſurpatum eſt. ꝙ ſi quis dicat

homines piſcibus ſimiles natādo fieri & inde piſcinæ nō men eſſe natum:ſtultum ē repugnare:cum ab re neutr abhorreat:& utrnq; lateat. Illud tamē bn̄ accidit:q hoc uno exemplo diiudicare poſſumus quid diſtet origo uerbi quæ de uicinate arripitur ab ea quæ a ſimilitudine ducetur. Hinc facta progreſſio uſque ad cōtrarium. Nam cus eo putatur dictus q minime luceat:& bellum:q rs bella non ſit:& fœderis nomen q res fœda non ſit. q ſi a fœditate porci dictum eſt:ut nonnulli uolunt:redit origo ad illlam uicinitatem quum id quod fit ab eo p quod fit nominatur. Nam iſta omnino uicinitas late patet & p multas partes ſecatur:aut per eſſicientiam ut hoc ipum a fœditate porci per quem fœnus efficitur:aut per effecta ut puteus q eius effectum potatio eſt:credilur dict9 Aut per id quod continetur. ut urbem ab orbe appellatam uolunt:quod auſpicato locus aratro circundari ſolet Cuius rei & Virgilius meminit ubi æneas urbem deſignat aratro. Aut per id quod continet:ut ſiquis horreū mutata littera affirmet ab ordeo noīatum:Aut per abuſionem:ut quum horreum dicimus:& ubi triticum condatur. Vel a parte totum:ut mucronis nomine quæ ſumma pars gladii eſt gladium uocamus:Vel a toto pars:ut capillus quaſi capitis pilus. Quid ultra prouehor? quicquid alud adnumerari poteſt:aut ſimilitudine rerum ipſarum aut uicinitate:aut contrario contineri uidebis originem uerbi:quam perſequi non quidē ultra ſoni ſimiliudinem poſſumus:ſed hoc non ſemp utiq; poſſumus Innumerabilia ſunt enim uerba:quorum origo de qua

ratio reddi poſſit:aut non eſt ut ego arbitror.aut latet:ut ſtoici contendunt. Vide tamen paululum cum perueni ri potuit ad illa uerboꝝ cunabula uel ſtripem potius atq̃ adeo ſementem ultra quod queri originem uetant.nec ſi quiſquam uelit poteſt quicq̃ inuenire.Nemo abnuit ſyl/ labas in quibus. u.littera locum obtinet conſonantis.ut ſunt in his uerbis primæ.uafer .uelum. uinum .uomis uulnus craſſum & quaſi ualidum ſonum edere:quod eti am approbat loquendi conſuetudo.quum de quibuſdã uerbis eas ſubtrahimus ne onerēt aurem.Nam inde eſt ꝙ amaſti dicimus libentius q̃ amauiſti:& noſti q̃ nouiſti & abiit non abiuit:& in hũc modum innumerabilia.Er⸗ go quum dicimus uinum ſonus uerbi ut dictũ eſt quaſi ualidus congruit rei quam ſignificat.Iam ex illa uicinita te per id quod efficiunt hoc eſt qa uiolenta ſunt dicta ui⸗ cula poſſunt uideri.& nerui quibus aliquid uinciatur.In de uites ꝙ ad minicula quibus innitũtur nexibus prehē dũt:huic iam pp ſimilitudinem incuruum ſenē Vietum Terentius appellauit:hinc terra quæ pedibus iterãtium flexuoſa & trita eſt uia dicitur. Sin autem uia ꝙ ui pedum trita eſt magis creditur dicta .redit origo ad illam uicini tatem.Sed faciamus a ſimilitudine uitis uel uiminis:hoc eſt a flexu etiam dicta.Q uerit ergo ame quiſpiam qua re uia dicta.Reſpõdeo a flexu: ꝙ flexum uelut incuruũ uietum ueteres dixerunt. Vnde uietos.quæ cautu am⸗ biantur rotarum ligna uocant. Perſequitur quærere un de Vietum flexum dicatur.& hic reſpondeo a ſimilitudi ne uitis.Inſtat atq̃ exigit unde ita ſit uitis nomen dico ꝙ

uinciat ea quæ cõprehẽderit. Scrutatur unde ipſum uici-
re dictũ ſit: dicemus a uinus. Quare ſic appellatur requi
ret: reddetur rõ. ꝙ robuſto & quaſi ualido ſono uerbum
rei quã ſignificat cõgruit. ultra qđ requirat ñ hẽt. Quot
modis ãt origo uerboꝶ corruptiõe uocũ uariet̃ ineptũ
eſt pſequi. Nã & longũ & minus q̃ illa quæ dicta ſunt ne
ceſſariũ. Nunc iã uerboꝶ quãtũ res patet breuiter cõſide
remus. Vis uerbi ẽ qua cognoſcit̃ quãtũ ualeat: ualet ãt
tãtũ: quãtũ audiẽtẽ mouere põt: porro mouet audientem
aut ſcđm ſe: aut ſcđm id qđ ſignificat: aut ex utraq; cõi ſed
quum ſcđm ſe mouet. aut ad ſolũ ſenſum ꝑtiet: aut ad ar-
tem: aut ad utrunq;. Senſus aut natura mouetur: aut cõ-
ſuetudine. natura mouetur quũ offenditur. ſiquis noiet
Tartarẽſem regẽ uel mulcet̃ quõ audit Euryalũ. Quis
etiã ſi nihil unquã de his hoibus audierit. quoꝶ iſta ſunt
noia. nõ tñ & in illo aſpitatẽ maximã. & i hoc iudicet eſſe
lenitatẽ. Cõſuetudine mouetur ſenſus cũ offendit̃: quũ
audit Cotta. Nã hic ad ſoni ſuauitatẽ uel in ſuauitatem ni
hil intereſt. ſed tñ ualẽt auriũ penetralia utrũ p ſe trãſeũ-
tes ſonos quaſi hoſpites notos an ignotos recipiãt. Arte
ãt mouet̃ auditor quũ enũciato ſibi uerbo attẽdit quæ ſit
ꝑs oratiõis. uel ſi quid aliud i iis diſciplinis quæ de uerbis
traduntur accepit. At uero ex utroq;. i. & ſenſu & arte de
uerbo iudicatur: quom id quod aures metiuntur: ratio
notat: & nomen ita imponit. ut quom dicitur optimus,
mox aut aurem longa una ſyllaba & duæ breues huiuſce
nominis percuſſerunt. animus ex arte ſtatim pedẽ dacty
lum cognoſcit. Sciam uero nõ ſcđm ſe; ſed ſecundum id

quod ſignificat uerbum mouet.quãdo p̱ uerbũ accepto
ſigno animus nihil aliud q̃ rem ipſam intuetur:Cuius il-
lnd ſignum eſt quod accepit:ut quum auguſtino noĩato
nihil alius q̃ ego ipſe cogitor ab eo cui notus ſum :aut cui
libet hominõ mentio curritiſi forte hoc nomem uel qui
me ignorat audiarit.uel qui alium nouit qui:Auguſtiuo.
cetur.quũ aũt ſimul & ſecũdu ſe uerbum mouet audien
tem.& ſecũdum id quod ſignificat tunc & ipſa enũtiatio
& id quod ab ea enũciãtur ſimul adiertit.V ndc:n:quod
nõ offenditur aurum caſtitasiquom audit:manu:uentre
pene bõa patria lacerauerat:Offendent̃ aũt obſcena p̱s
corporis ſordido &. uulgari nomine appelereur:quũ res
eadem ſit:cuius utrunq; uocabulum eſt:niſi ꝙ in illo tur
pitudo rei:quæ ſiguiſicata eſt decore uerbi ſignificantis
operitur:in hoc autem ſenſum animnmq; defor mitas fe-
rit:ueluti nonaria meretrix.Sed aliter tamen uidetur eo
cultu.quo ante iudicem ſtare aſſollet.aliter cum luxurioſi
cubiculo iaceret.Q uom igitur tantam uim tamq; mu lti
plicem appareat eſſe uerborum q̃ breuiter pro tempore
ſu mmatimq; attingamus.Duplex hinc ex cõſideratione
ſenſus naſcitur partim propter explicandam ueritatem.
partim propter conſeruãdom decorem.quorum primũ
ad dialecticum.ſecundum ad oratorẽ maxime pertinet.
q̃uis eni nec diſputationem deceat ineptam.nec eloquen-
tiam oporteat eſſe mendacẽ.tamẽ & in illa ſæpe atq; adeo
pene ſemper audiendi delitias diſcendi cupidc cõtemnit.
& in hac imperitior multitudo ꝙ ornate dtcitur et iam ue
re dici arbitratur.Erego qunm apdareat quid ſit uniuſcu-

iuſq; proprium manifeſtum eſt & diſputatorem ſiqua & delectādi cura eſt rhetorico colore aſpergendum.&ora torem:ſi ueritatē perſuadere uult dialecticis quaſi neruis at q; oſſib ns eſſe roborancum.qua ipſa natura in corpo-ribus noſtris nec firmitati uirium ſubtrahere potuit.nec oculorum offenſione patere permiſit: Itaq; nūc propter ueritatom diiudicandū.quod dialectica profertur exhac uerborum ui:cuius quædam ſemina ſparſimus:quæ im-pedimenta naſcantur uideamus:Impedit enim auditorē ad ueritatem uidēdam in uerbis aut obſcuritas aut ambi-guitas:Inter ambiguum & obſcurum hoc intereſt:q; in ambiguo pluraſe oſtendunt.quorum quid potius acci-pienpum ſit ignoratur:In obſcuro autem nihil aut parū quod attendatur apparet:Sed ubi parum eſt quod appa ret obcurum eſt ambiguo ſimile:ueluti ſi quis ingrediēs iter excipiātur aliquo biuio uel triuio:uel etiam ut ita dicā in ultimo loco:ibiq; denſitate nebulæ nihil uiarum quod eſt eluceat:Ergo apergendo prius obſcuritate tenetur:a ubi aliquantulum rareſcere nebulæ cœperint:uidetur al quid quod utrum uia ſit an terra proprius nitidior color incertum eſt:hoc eſt obſcurum ambiguo ſimile:dulce-ſcenre aiunt cælo quantum oculis ſatisſit iam omnium uiarum deductio clara eſt:ſed qua ſit pergendum nō ob curitate ſed ambiguitate dubitatur:Item ſunt obſcuro-ſium genera tria:Vnū eſt quod ſenſui patet:animo clau ſum eſt:tanq̄ ſi quis malum punicum pictum uiderit, qui neq; uiderit aliquando donec omnino quale eſſet au-dierit:non oculorum eſt ſed animi q; cuius rei pictura ſit

neſcit alterũ genus eſt ubi res animo pateret.niſi ſenſui clauderetur.ſicuti eſt homo pictus in tenebris.Nam ubi oculis apparuerit:nihil animus hominem pictum eſſe dubitauerit.Tertium genus eſt.in quo etiam ſenſui ab/ſconditur.quod tamen ſi nudaretur:nihilo magis animo emineret:quod genus eſt omnium obſcuriſſimum:ut ſi imperitus malum illud punicun pictum etiã in tenebris cogeretur agnoſcere.Refer nũc animum ad uerba quorum ſunt iſtæ ſimilitudines.conſtitue animo quempiam grãmaticum conuocatis diſcipulis.factoq; ſilentio ſup/preſſa uoce dixiſſe.Temetum.quod ab eo dictũ.q ꝓpe aſſidebant ſatiſ audierunt.qui remotius parũ.qui autem remotiſſime nulla omnino uoce perctructi ſunt.hoꝝ aũt illi qui remotiores erant neſcio quo caſu partim ſciebant quid eſſet temetũ.partim ignorabãt:illos uero qui magiſtri uocem acceperãt quid eſſet temetũ prorſus latebat: omnes obſcuritate impediebantur:& hic iam perſpicis omnia genera illa obſcuritatum.Nam qui de auditu nihil dubitant primum illud genus patiebãt cui ſimile eſt malum punicum ignorantibus:ſed in luce pictũ qui nouerant uerbum ſed auribus aut parum aut omnino nõ accepẽrãt uocẽ ſecũdo illo genere laborabant Cui ſimilis eſt hominis imago.ſed non pſpicuo aut omnino tenebroſo loco.qui autem non ſolũ uocis ſed & ſignificatiõis uerbi expertes erant tertii generis qd oium teterrimũ ẽ cæcitate inuoluebãtur.Quid autẽ dictũ eſſet quidã obſcurum ambiguo ſimile in his perſpici poteſt quibus uerbũ erat quod notum ſed uocem nec penitus nullam:nec omnino

certā perceperāt. Omnia igitur obſcura genera loquēdi uitāt: qui & uoce quantū ſatis ē clara nec ore impedito & uerbis notiſſimis utentur. Vnde nunc in eodē grāmatici exēplo q̄ longe aliter īpediat ambiguitas q̄ obſcura uerbi Fac enim eos qui aderant & ſatis ſenſu accepiſſe uocem magiſtri & illum id uerbū nūtiaſſe quod omnibus notū ut puta ſac eū dixiſſe magnus. & deinde ſiluiſſe. Attende quæ in certi hoc audito nomine patiantur. Quid enim ſi dicturus eſſet: quæ pars orationis? quid ſi de metris quæſiturus quid ſit pes? qd ſi de hiſtoria rogaturus: ut puta magnus pōpeiꝰ quot bella geſſerit? qd ſi de emēdadoꝝ carminum gratia dicturꝰ eſt magnus & pene ſolus poeta Virgilius? Quid ſi obiurgaturus negligentiam diſcipulorum in hæc deinde uerba prorumpet: magnus uos erga ſtudia torpor innuaſit. Vides ne remota nebula obſcuritatis ill̄d quod ſupra dictū eſt quaſi eminuiſſe. Nā hoc unum quod dictum eſt magnus & nomē eſt & pes chorius eſt: & pompeius eſt: & Virgilius: & negligentie torpor & ſi qua alia uel innumerabilia non cōmemorata ſunt: quæ tamen per hanc enuntiationem uerbi poſſunt intelligi. Itaq; rectiſſimum a dialecticis dictum eſt ambiguum eſſe omne uerbum: Nec moueat q apud ciceronē calumniatur Hortenſius hoc modo ambigua ſe aiunt audire acute: explicare dilucide: iidem omne uerbum ambiguum eſſe dicunt. quomodo igitur ambigua ambiguis explicabunt. Nam hoc eſt in tenebris extinctum lumen referre. Facete quidem atque callide dictum Sed hoc eſt: quod apud eundem. M. Tullium Cicero-

nem Scæuola dicit Antonio. Denique ut ſapientibus diſerte ſtultis etiam uere uidearis dicere. Quid enim aliud fecit illo loco Hortēſius niſi acumine ingēii & lepore ſermonis quaſi meraco & ſuaui poculo imperitis caliginem fundit: quod enim dictum eſt omne uerbum eſſe ambiguum: de uerbis ſingulis dictum eſt. Explicantur autem ambigua diſputādo & nemo utiq; uerbis ſingulis diſputat. Nemo igitur uerba ambigua uerbis ambiguis explicauit: & tamē cum omne uerbum ambigunm ſit: nemo uerborū ambiguitatē niſi uerbis: ſed iam cōi ūctis q̄ ambigua non erunt explicabit. Vt.n: ſi dicerem. omnis miles pibes eſt. non utiq; ſequeretur ut chors ex militibus utiq; pedibus iſta conſtare: ita qnum dico ambiguum eſſe omne uerbum. non dico ſnīam. non diſputationem q̄uis uerbis iſta texantur: Omne igitur ambiguū uerbū non ambigua diſputatione explicatur: Nunc ambiguitatum genera uideamus. quæ prima duo ſunt: Vnū in iis etiam quæ dicuntur. alterū quod in iis ſolū quæ ſcribūt dubitationē facit. Nā ſi quis audierit acies. & ſiquis legerit poteſt incertum habere niſi per ſententiam clareſcat. utrtm acies militum an ferri an oculoɹum dicta uel ſcripta ſit At uero ſi quis inueniar ſcrtptum: uerbi cauſa. leporem: nec appareat quo ſnia poſitum eſt: profecto dubitauit utrū penultima huius uerbi ſyllaba producenda ſit ab eo quod eſt lepos: an ab eo ꝙ eſt lepus corripiēda quam ſcilicet non pateretur ambaginem ſi accuſatiuum huius nominis caſum uoce loquentis acciperet. ꝙ ſi qſdicat etiā loqeuentem male pronunciare potuiſſe iam non

ambiguitate:ſed obſcuritate impediretur auditorum. Ex illo tamen genere quod ambiguo ſimile eſt:quia male latine pronunciatum uerbum nō in diuerſas notiones trahit cogitatem:ſed ad id quod apparet impellit. Cū igitur duo iſta geuera īter ſe plurimū diſtent:primū genus rurſus in duo diuiditur. Nā quicquid dicitur & ꝑ plura intelligi pōt:eadē ſcilicet plura aut nō ſolū uacabulo uno:ſed una ēt definitiōe contineri queūt:aut tantū communi tenentur uocabulo:ſed diuerſis expeditionibus explicantur Ea quæ una definitiōe includuntur uniuoca nominātur. Illis autem quæ ſub uno nomine neceſſe eſt diuerſe definiri equiuocis nomem eſt:Prius igitur conſideremus uniuoca:ut quoniā genus hoc iam definitione patefactum eſt:illuſtrētur exemplis. Hominem quū dicimus tā puerum dicimus q̄ iuuenem q̄ ſenem:tam ſtultum q̄ ſapientem tam magnum q̄ pauruū:tā ciuem q̄ peregrinum:tā urbanū q̄ agreſtē: tam qui iam fuit q̄ qui nunc eſt, tam ſedentem q̄ ſtantē:tam diuitem q̄ pauperem. tā agētē aliquid q̄ ceſſantem. tam gaudentem q̄ mœrentem q̄ neutrum. Sed in his omnibus dictionibus nihil eſt qđ non ut hois nomen accepit:ita hois definitione claudatur. Nam definitio hominis eſt animal rationale mortale. Nunc ergo quiſq̄ poteſt dicere amimal rationale mortali iuuenē tantum non etiam puerū aut ſenem eſſe:aut ſapientem tantum non etiam ſtultum:immo & iſta & cætera :quæ numerata ſunt:ut hois nomine:ita etiam definitione cōtinentur. Nam ſiue puer:ſiue ſtultus:ſiue pauper:ſiue etiam dormiens:ſi animal rationale mortale eſt:nec homo

eſt:eſt autem hō.Illa igitur definitione cōtineat͛ neceſſe eſt.& de cæteris quidē nihil ambigitur.De puero autē ꝑ uo aut ſtulto ſeu ꝓrſus fatuo:aut de dormiēte uel ebrio uel furente dubitari poteſt quum poſſunt eſſe animalia rationalia·Poteſt omnino defendi:ſed ad alia properan- tibus longum :eſt ad id quod agitur illud ſitis nūc eſt eē iſtam definitionem homīs rectam & ratam.niſi omnis homo eadem contineatur & præter hominem:Hæc ſūt igitur uniuocat:quæ non ſolum nomine uno:ſed una eit am eiuſdem nominis de finitione claudantur:quāuis & i ter ſe propriis nominibus &definitionibus diſtingui poſ ſint.Diuerſa enī noīa puer:adoleſcēs diues & paup:liber & ſeruus.& ſiqd aliud differentiarum eſt:ideo diuerſa in ter ſe proprias definitiones habent.Sed ut illis unum cō mune nomen eſt homo.ſic & aīal rationale mortale defi nitione cōmunis eſt.Nunc æquiuoca uideamus.Ambi- biguitatū perplexio prope infinita ſylueſcit.conabor ta- men ea ī genera certa diſtinguere:utrꝫ autē conatū meū facultas ſequatur͛ tu iudicabis.Ambiguitatū igitur quæ ab æquiuocis ueniūt prima genera tria ſunt.V num ab arte.alterꝫ ab uſu.tertiū ab utroqꝫ.Artē nunc dico ꝑꝑ no- mina quæ in uerborꝫ diſciplinis uerbis imponuntur.Ali ter enī definitur apud grāmaticos qd ſit æquocum.& ta men unū hoc qd dico Tullius & nomē ē.& pes dacty- lus & æquiuocū:Itaqꝫ ſiquis ex me flagitet ut definiam quid ſit Tullius cuiuſlibet notiōis explicatione reſpōdeo Poſſum enī recte dicere.Tullius ē nomē qd ſignificatur homo .ſummus qdā orator.qui Catilinæ cōiurationem

conſul oppreſſit. Subtiliter attẽde me nomen ipſum de-
finiſſe. Nã ſi mihi Tullius ipſe ille qui ſi uiueret digito ꝗ
monſtrari poſſet: definientibus foret: non dicerem Tulli
us ẽ nomẽ quod ſignificatur homo: ſed dicerẽ Tullius
ẽ homo: & ita cætera adiungerẽ. Itẽ reſpondere poſſum
hoc modo: Tullius eſt pes dactylus his litteris conſtans
Quid enim nunc opus eſt eas litteras enumerare? licet
etiam illud diceret: Tullius eſt uerbum: per quæ æquiuo
caſunt inter ſe omnia: & cũ hoc ipſo quæ ſupra dicta ſũt
& ſiquid allíud inueniri poteſt. Cum igitur hoc unũ qđ
dixi Tullius ſcđm artium uocabula tamen uarie mihi de
finire licuerit: qid dubitamus eſſe ambiguorum genus
ex æquiuocis uenientium: quod merito dici poſſet ex ar-
te contingere. Diximus enim æquiuoca eſſe: quæ nõ ut
uno noĩe: ita etiam una definitione poſſint teneri. Vide
nunc alterum genus: quod ex loquendi uſu uenire me-
morauimus. Vſum nũc appello illud ipũm ꝓpter quod
uerba cognoſcimus. Quis enĩ uerba propter uerba cõ-
quirat & colligat? Itaq; iam conſtitue aliquem ſic audire
ut e motu ſit nihil e partibus oratiõis. aut de metris quæ-
ri: aut de uerborum aliqua diſciplina. tamẽ adhuc poteſt
quũ dicitur Tullius æquiuocorum ambiguitatẽ impedi
re. Hæc. n. oĩa & ipſe qui fuit ſũmus orator. & eius picta
imago uel ſtatua uel codex quo eius littere continentur.
& ſiqđẽ i eius ſepulchro cadaueris ſignificare poteſt. Di
uerſis. n. notiõibus dicimus Tullius ab interitu pariã li-
liberauit: & Tulli9 totus tibi legẽdus eſt· & Tullius hoc
loco ſepultus eſt. Vnũ enim nomẽ. ſed diuerſis hæc oĩa

definitionibus explicanda ſunt. Hoc igitur genus æqui-uocorũ eſt ĩ quo iam nulla de diſciplia uerborum oritur ambiguitas ſed de ipſis rebus quæ ſignificant̃: at ſi utrũque confundat audientem uel legentem. ſiue ꝙ ex arte: ſiue qud ex loquenti uſu dicitur. nonne tertiũ genus recte enumerabitur cuius exemplũ inſumma quod apertius appareat ut ſi quis dicat multi dactylico metro ſcripſerũt ut eſt Tullius. Iam hic incertum uerum tullius pro exemplo dactyli pedis an dactylici poetæ poſitum eſt quorũ illud ex arte; hoc ex uſu loquenti accipitur. Sed in ſimplicibus uerbis etiam contingit. tanq̃ ſi hoc uerbum grammaticus audientibus diſcipulis enunciet: ut ſupra oſtẽdimus. Cum igitur hæc tria genera manifeſtis inter ſe rationibus differant. rurſum primũ genus in duo diuiditur. Quicquid. n. ex arte uerboꝝ facit ambiguitatem partim ſibi pro exemplo eſſe poteſt. partim non poteſt. Cum. n. definiero quid ſignificet nomen. poſſum hoc ipſũ exẽpli gratia ſupponere. Et. n. hoc quod dico nomen eſt hac. eñi lege per caſus flectitur: quum dicimus nomem nominis nomini & cætera. Itẽ cũ definio quid ſignificet dactylus. unam longã ſyllabã. & duas deinde breues enuntiamus. At uero cum definitur aduerbium quid ſignificet. non poteſt hoc ipſum in exemplũ ducere. Et. n. quũ adurebium dicimus hæc ipſa enũtiatio nomen eſt ita ſecũdũ aliã notionem aduerbium utiq; aduerbium eſt: & nomen eſt nomen: ſecudum aliã uero aduerbiũ non eſt aduerbium quia nomen eſt. Item pes creticus quãdo quid ſignificet definitur: non põt hoc ipſum exẽplo eſſe. Hæc. n. enũtia

tio qꝫ dicimus creticus prima longa ſyllaba & breuis & lō ga eſt. Ita & hic ſecundum aliam notionem creticus nihil eſt aliud q̃ creticus: & dactylus nō eſt: ſecundū aliā uero creicus non eſt creticus quia dactylus eſt. Secūdū item genus quod iam præter diſciplinas uerboꝝ ad loquendi uſum dictū eſt pertinere duas habet formas. Nam æqui uoca inde ſunt aut ex eadem origine. at ex diuerſa: ex ea dem origine appello: quæ quāuis uno nomine ac non ſub una definitione teneantur. uno tamen fonte demanant ut eſt illud quod Tullius & homo & ſtatua & codex & cadaucr intelligi poteſt. Nam poſſunt quidem iſta una definitione concludi. ſed tamen unum habent fontē ipſū ſilicet uerum hominem: cuius & illa ſtatua & illi libri: & illud cadauer ē: Vt quū dicimus nepos longe ex diuerſa origine filium filii & luxurioſum ſignificat. Hæc ergo di ſtincta teneamus & uide illud genus quod ex eadem ori gine appello in quæ iterum diuidatur: Nam diuiditur in duo: quorum unum tranſlatione: alteꝝ declinatione con tingit: Tranſlationem uoco quū uel ſimilitudine unū no men fit multis rebus: ut Tullius: & ille in quo magna elo quentia fuit: & ſtatua eius dicitur: uel ex toto quum pars cognominatur: ut quom cadauer eius Tullius dici poteſt uel ex parte totum: ut cū tecta dicimus totas domas: Aut a genere ſpecies: uerba enim principaliter omnia dicūtur quibus loquimur: ſed tamē uerba proprie nominata ſun quæ pmodos & tēpora declinamus: Aut a ſpetie genust nam cum ſcholaſtici non ſolū proprie: ſed & primitus di cantur: ii qui adhuc in ſcholis ſunt ii omnes tamen qui in

litteris uiuunt nomen hoc uſurpant. Aut ex efficiente ef-
fectum: ut Cicero eſt liber Ciceronis. Aut ex effecto effi
ciens ut terror qui terrorem facit. Aut aliquid continēte
quod continetur, ut domus etiā qui domo ſunt dicuntur.
aut conuerſa uice: ut caſtanea ēt arbor dicitur: uel ſi quid
aliud inueniri poteſt: quod ex eadem origine quaſi tranſ
ferendo cognominetur. Vides ut arbitror quam facit in
uerbis ambiguitatem. Quæ autem ad eadem originem
pertinentia declinationis ambigua eſſe diximus talia ſūt
Fac uerbi cauſa quenq̄ dixiſſe pluit· & hæc diuerſe utiq;
definienda ſunt. Item ſcribere qui dicit incertum eſt utrū
infinito actiui: an imperatiuo paſſiui pronūciauerit: Ho
mo q̄uis unum nomen ut & una enuntiatio: tamen fit
aliquid ex nominatiuo aliud ex uocatiuo q̄ doctus & do-
cte ubi enuntiatio diuerſa eſt doctus: aliud ī quum dici
mus doctū mancipiū: aliud eſt quū dicimus doctus ille
iſte diſputauit. Declinatione igitur ambiguitas orta eſt.
Nam decliatione nunc appello quicquid ſiue per uoces.
ſiue per ſgnificationes flectendo uerba cōtingit: hic do-
ctuus. n. & docte etiam per uoces flexum eſt: hic autem
homo & homo per ſolas ſignificationes. Sed hec ge-
nus ambiguitatū minutatim concidere ac pſequi pene ī
finitum eſt: itaq; locum ipum hactēus notaſſe ſuffece-
rit ingenio præſertim tuo. Vide nunc ea: quæ diuerſa ori
gine ueniūt. Nā & ipſa diuidunt adhuc in duas primas
formas: quarum una eſt. quæ cōtingit diuerſitate lingua
rum: Quō dicimus. tu. hæc una uox aliud apud græcos
aliud apud nos ſignificat: qd genus nominandi omnino

fuit. Non enim præſcriptũ eſt unicuiq; quod linguas noſ
ſet aut quod linguis diſputaret. Altera forma ẽ quæ iam
in una lingua facit ambiguitatem diuerſa tamen eorum
origine. quæ ĩ uno tamẽ uocabulo ſignificatur. quale eſt
illud quod de nepote ſupra poſuimus. qđ rurſus in duo
ſcinditur. Aut enim ſub eodem genere partis orationis
fit tam nomen eſt enim nepos quum filium filii q̃quam
luxurioſum ſignificat. aut ſub diuerſo. Nam nõ ſolũ aliđ
eſt quũ dicimus qui ut dictum eſt qui ſcis ergo iſtuc niſi
periculum feceris. Sed illđ etiam pronomen. hoc aduer
bium iam ex utroq; ideſt ex arte & ex uſu uerborũ. quod
in æquiuocis tertium genus poſueramus. tot ambiguita
tum genera poſſunt eſſe quot in duobus ſuperioribus
enumeramus. Reſtat illud genus ambiguũ quod ĩ ſcri-
ptis ſolũ reperit᷑. cuius tres ſunt ſpecies. aut enim ſpatio
ſyllabarum fit tale ambiguum. aut acumine: aut utroq;
ſpacio. Vt quum ſcribitur uenit. de tempore incertũ eſt
propter occultum primæ ſyllabæ ſpaciũ. Acumine quũ
ſcribitur pone utrum ab eo quod ẽ pono: aut ut dictum
eſt pone ſequens. Nanq; hoc dederat proſerpina. ĩcertũ
eſt propter latẽtem acuminis locum. Aut uero ex utroq;
fit. ut eſt quod ſuperius de lepore diximus. Nam non ſo
lum producenda. ſed acuenda eſt penultima ſilaba hu-
ius uerbi: ſi ab eo quod eſt lepos. non ab eo quod eſt le-
pus deflexum eſt.

Dialecticæ Fortunatiani Finis

1835667

De Rutilio Lupo, Aquila Romano, Julio Rufiniano, Curio Fortunatiano. Sulpitio Victore. [et] Emporio Rhetore &c. vide Voss de nat. Rhetor. Lib. cap: XIII. et de Rutilio Lib. 2 de hist. Graec. c. 13. Rutilius a. floruit (teste Gualterio) aetate Quintiliani, et de arte Rhetorica scripsit.

dt, ed

t hit

t ſal

t du

t v

t ſil

ebat

t irl

cy me

k ſeg

dt v

t me

Vi t

F E

E cin

acslu

etrez

7649.50


colorchecker DIGITAL SG
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
calibrite
X-rite ColorCheckerSG S/N:151021-1259 Data 15.10.21 Item No.:MX-7181
mm
0
1
2
3
4
5
6